SPECIES MUSCORUM FRONDOSORUM

EDITAE

A

D. FRIDERICO SCHWAEGRICHEN.

HIST. NAT. PROF. LIPS.

PARS I.

BEROLINI
IMPENSIS G. C. NAUCK
1830.

CAROLI A LINNÉ
SPECIES PLANTARUM

EXHIBENTES

PLANTAS RITE COGNITAS

AD

G E N E R A   R E L A T A S

CUM

DIFFERENTIIS SPECIFICIS, NOMINIBUS
TRIVIALIBUS, SYNONYMIS SELECTIS,
LOCIS NATALIBUS

SECUNDUM

SYSTEMA SEXUALE

DIGESTAS.

EDITIO QUARTA,
POST REICHARDIANAM QUINTA.

ADIECTIS VEGETABILIBUS HUCUSQUE COGNITIS

OLIM CURANTE

CAROLO LUDWIGIO WILLDENOW,

CONTINUATA AD MUSCOS A

F. SCHWAEGRICHEN,

PROF. LIPS.

Tomus V. P. 2. sectio prima.

BEROLINI
IMPENSIS G. C. NAUCK.
1830.

PROLOGUS.

Musci sunt plantae cryptogami, fructu capsulari, calyptra tecto, instructae; alii capsulam habent operculatam, alii apice integram, sive omni operculi vestigio destitutam. Illi dicuntur *frondosi*, hi *hepatici*. Utrique tanta fructuum et habitus similitudine utuntur, ut in diversos ordines separari posse non videantur.

Aliam quidem sententiam secuti sunt Linnaeus et Willdenowius. Linnaeus enim muscos frondosos peculiari ordine comprehendit, hepaticos vero ad algarum ordinem cum plantis lichenosis et algis aquaticis delegavit: Willdenowius e muscis frondosis septimum ordinem plantarum cryptogamicarum, ex hepaticis, excepta Riccia, octavum exstruxit. Hedwigius et plurimi recentiores frondosos et hepaticos muscos uno ordine, eo tamen bipartito, comprehendunt.

Hedwigium ut sequamur, monet muscorum et frondosorum et hepaticorum inter se affinitas, quae tanta est, ut omnis omnium in habitu varietas in uno genere Iungermanniae, foliatas et frondibus instructas species simul continente, deprehendatur, et ut Iungermanniae aliae muscos plurimos frondosos, aliae Marchantias et Anthocerotem aliosque he-

paticos aemulentur, et tamen similis in omnibus fructuum indoles et incrementum feriat oculos. Ita habebimus muscos ordine uno comprehensos, sed bipartito.

Huius ordinis nunc muscos frondosos enumerabimus, capsula operculata distinctos.

Corpus muscorum frondosorum e contextu celluloso simplici et perfecto, regulari constat. Cellularum figura est dodecaedra, ut in multis plantis phanerogamicis, sed vario modo in variis speciebus et harum partibus immutata, ut vel adeo cubica aut parallelepida, aut si eminus lustretur, parallelogramma, quadrata vel annularis dicta sit. Fibrarum spiralium, quarum rudimenta in fructibus muscorum hepaticorum plurium reperimus, in frondosis muscis vix aliquid conspicimus.

Partes vero muscorum frondosorum hae sunt.

1. *Radices* constant ex fibrillis aut longis rectiusculis; aut brevibus vel irretitis, tomenti speciem referentibus. Plurimae fibrillae continuae sunt, paucae et quidem novellae muscorum germinantium articulatae (Hedwig. fundam. hist. muscor. tom. 2. t. 6. fig. 28. 29.), minus iuste cotyledones dictae.

2. *Caulis* solidus, a foliis distinctus est in plerisque muscis, raro confluens cum foliis in quandam quasi frondem in Schistostega.

Caulis raro simplex est, vel dividitur in ramos aut vagos, aut ordine quodam dispositos, eosque pinnatos, ubi frequentes aut distichi reperiuntur, aut fasciculatos, quandoque in arbusculae speciem congestos. Sed non solum per ramos augetur et continuatur caulis, sed etiam facta prolongatione verticali pone florem, aut ex ipso floris receptaculo. Multum confert ad habitus peculiarem indolem,

utrum hac prolongatione, quae innovatio saepe dicitur, an divisione caulis ramos, sive proles, exserat. Multum quoque interest, utrum caulis erectus, an procumbens sit. Unde placuit auctoribus divisio in muscos acrocarpos et pleurocarpos, quorum illi plerumque erecti, hi procumbentes esse solent; ea tamen saepe vacillans.

Ramos e gemmis enasci haud absonum est: gemmae vero illae minus plerumque conspicuae sunt. Dantur vero etiam gemmae, in bulborum speciem excrescentes.

Bulbilli isti constant exigua basi e densiore contextu celluloso et foliis extrinsecus teguntur. Nascuntur autem in axillis foliorum in muscis tum erectis, tum procumbentibus, et adulti vitam ipsi suam tuentur aut caulibus adhuc adhaerentes, aut delapsi in terram. Dantur vero etiam bulbi aphylli in apicibus caulium attenuatis, aphyllisque, pedunculi speciem simulantibus in Tetraphi pellucida, Mnio palustri et androgyno Linn. Quid sint corpuscula Calymperis foliorum apicibus adnata, stamina simulantia, nondum liquet. Certo vero non sunt confervae, sed ad musci, cui innascuntur, organa referenda.

3. Folia constant ex uno, rarius, v. c. in Dicrano glauco, albicante, e duplici strato cellularum, quae quum dodecaedricae quidem, sed valde depressae sint, in situ transverso laminae sexangulae aut propterea, quod earum parietes nonnulli obliterantur, quadratae videntur; et quidem aut exacte quadratae, lateribus aequalibus, aut elongatae sive parallelogrammae. In foliis vero tumidis eorum parietes laterales conspici possunt.

Cellulae ubi crassos aut minus pellucidos parietes laterales habent, et quae vel succis scatent, vel ipsae crassiores sunt, saepe circulares esse videntur. Si vero emacia-

tam talis folii partem lustraveris, eas ipsas quadratas esse conspicies.

Nervus foliorum, in multis muscis conspicuus, componitur e cellulis elongatis perangustis. Aliter constructus est in familia Polytrichorum: ibi eriguntur enim in pagina foliorum superiore laminae praelongae singulae tenues, et ex aliquot seriebus cellularum, situ verticali sibi appositis, conflatae; sunt itaque hae nervi striae nihil aliud, quam laminae erectae, itidem ex strato cellularum simplici compositae.

Utut simplex et unum stratum cellularum plerumque est: crassa tamen videntur quaedam folia, aut granulosa sive scabra, si cellularum partes mediae in dorso folii protuberant.

4. *Flores* instruuntur *calyce* polyphyllo, cuius folia cum caulinis, praeter teneritatem, satis conveniunt: diversa tamen folia calycina cernis in flore masculo Polytrichorum, Bryorum, angustifoliorum Dicranorum etc. *Stamina* constant brevissimo *filamento* et *anthera* apice pellucida, quasi operculo hyalino clausa. *Antherae* cavitas simplex, nec loculis distincta, repletur spermate, quod ex anthera explodere ut e pulveris antherarum globulis viderunt Hedwigius, Mirbelius (physiolog. veget. 1. 390.), alii; hoc exploso, per annos persistunt antherae, quippe omni materia, ad putredinem apta purgatae.

Sunt musci, quorum antherae ignorentur; sed nullus datur, cui antheras deesse probatum sit.

Pistilla componuntur *germine*, *stylo* et truncato *stigmate*, quae singula e pluribus cellularum seriebus perficiuntur.

Paraphyses sunt fila articulata, genitalia circumdantia, composita e simplici cellularum serie; duplici aut multiplici

in apice paraphysium in Polytrichorum floribus. Nectarii vices gerere videntur.

Receptaculum floris terminalis est apex caulis aut ramuli incrassatus; receptaculum floris axillaris est basis gemmae florigerae.

5. *Fructus* est capsula peculiaris naturae et originis. *Germen* enim, futurum pericarpium, componitur quidem tribus stratis, ut in plantis phanerogamicis, sed in ea re diversis, quod facile ab invicem secedant et suam quodque formam separatim induant.

a) Stratum superius, *epidermis* (epicarpium Claud. Richardi) solvitur a secundo, divellitur, et quidem irregulari modo in Sphagno et Archidio, regulari in caeteris, ibi dividitur et abit superiora versus in *calyptram*, capsulam laxe tegentem; inferiora versus in *vaginulam* arctam.

Calyptra est itaque superior portio epicarpii sive epidermidis. Exinde quod calyptra epidermis mutata est: patet etiam, calyptram non esse posse duplicem. Dicta est duplex, ubi pilis praegrandibus contegitur ut in Polytrichis, sed iniuste.

Ad apicem vaginulae est interdum membranula tenera, seu interni parietis calyptrae pars residua, quam ocreae nomine apud Polytricha, membranulae vaginalis vel adauctricis nomine distinguere vult Bridelius (bryol. 1. 98 et 782) apud Orthotricha. Picta ante eius descriptionem exstat in Hedw. supplem. II. 1. t. 126. fig. 11. e Voitia hyperborea, estque res exigui momenti, nomine proprio non egens; minime vero ocreae, quae cernitur in Polygoneis et Cyperoidibus, nomine digna est.

Vaginula est inferior portio epicarpii. Muscus itaque evaginulatus dici nullus potest; nam non datur basis germi-

nis, epidermide destituta. Tantum figura vaginulae differt in Sphagno, quia huic laxe inhaeret. Irregulari modo finditur calyptra in Sphagno et Phasco sive Archidio globifero.

b) Stratum secundum sive intermedium, parenchymatodes, sive sarcocarpium (Richardi), abit in capsulam, plerumque pedicellatam, quam pedunculatam dicunt; sessilem, pedunculo destitutam in solo Sphagno.

Capsula est itaque superior pars sarcocarpii.

Operculum, ubi prostat, apex capsulae, sponte secedens.

Pedunculus, si quis est, est inferior pars sarcocarpii.

Hinc pori, sive puncta potius impressa, quae cernis in capsulis quorundam Polytrichorum et Splachnorum, non possunt comparari cum poris epidermidis viridis plantarum phanerogamorum et filicum, nam non in epidermide sunt, sed in sarcocarpio. Praeterea clausa sunt, neque pervia, nisi per putredinem perforata fuerint.

c) Stratum tertium, membrana interna (endocarpium) est tenuis membrana, semina involvens. Haec ad basin vel in tota capsula saepe separatur per capsulae incrementum et quandoque in duo corpora secedit, scilicet:

Membrana interna, quae vulgo dicitur, est pars inferior membranae internae sive endocarpii, capsulam a basi ad orificium usque investiens.

Epiphragma est pars superior membranae internae, plana in Polytrichis, umbonata in Polytricho laevigato, conica in Syrrhopodonte, Dawsonia aliisque. Epiphragma, etiam si conicam formam habet, seminibus semper vacuum est, et plerumque cavum, interdum cellulosa compage farctum.

Columella est membranae internae continuatio in axis speciem ascendens; interdum filo rigido verticali intus suffulta. Columellae natura membranacea et cum membrana interna obtinens connexio picta est in icone Polytrichi gracilis Hedw. suppl. musc. 2. 2. t. 156. f. 10.

6. Semina perficiuntur in contextu celluloso, qui replet spatium inter membranam internam et columellam; non per vasa aut in vasis. Maturatis seminibus disparet contextus hic et cessat seminum adhaesio; agglutinata tamen reperiuntur interiora columellae, quoniam parenchyma pone hanc serius fatiscit. Semina ipsa globosa, et si vitris minus convexis lustrantur, laevia sunt, quandoque foveola basilari distincta; pellucida, sub microscopio composito granulosa; intus simplicia nec unquam in loculos divisa vidi, nam quae cernuntur quandoque plagae opacae in centro seminis, umbrae sunt, neque attentum oculum et microscopii usui adsuetum fallere possunt. Embryonis, cotyledonum et funiculi umbilicalis nulla vestigia in ipso semine conspici queunt. Quae germinante semine exseruntur fila ramosa articulata, cotyledones dici nequeunt; nam cotyledones tantum vocandae sunt, quas in semine ante germinationem distinguis. Haec fila non uno tantum loco et unica, sed variis seminis locis et plura simul excrescunt, locum natalem sive terram contegunt et tandem inter ea proveniunt novellae plantae, quae cum his filis connatae sunt. Quamobrem haec fila non confervae dici possunt, sed ad corpus ipsum pertinent, quod exinde etiam apparet, quod quaedam fila in terram penetrant et radicularum vices agunt. In diversis muscorum speciebus similia tamen fila conspiciuntur.

II.

His positis de fructus origine et conformatione, supersunt quaedam capsulae exteriores partes, ad systematicam dispositionem facientes.

Capsula plerumque aperitur secedente

Operculo, quod parenchymatodes est et durum ut capsula. Intus farctum saepe reperitur, alias cavum pro excipiendo epiphragmate, ut in Buxbaumia et Dawsonia. Operculum capsulae adnatum habes in Phasco, Voitia et Bruchia.

Annulus est pars inter capsulam et operculum intermedia, cinguli forma, contextu extus duriore ut capsulae, intus molli, cellularum serie simplici, duplici aut triplici composita. Annulus ubi exaridus factus est, dehiscit et detrudit operculum. Deest annulus in multis muscis; insolita et rudiore forma est in Buxbaumia aphylla, ubi tertii peristomii nomine iniuste aliquando vocabatur.

Peristomium, illud vero et simplex et duplex, non summo semper margini capsulae innascitur, sed saepius, inprimis ubi annulus adest, interno capsulae parieti infra orificium capsulae adhaeret; saepe etiam ad apicem capsulae orditur membrana transversa, in peristomium internum exiens, cui in superiore pagina adnascuntur dentes peristomii externi, ut in Bartramia. Hanc ob causam vacillat divisio muscorum in Endopogones et Ectopogones.

Praeter fructus partes ad genera stabilienda necesse est adhibere, ut Hedwigio placuit, situm floris, qui dispositionem naturae convenientem valde adiuvat, et sine cuius mentione dissimillima genera coniungi deberent, ut Hypnum Bryo.

Floris situs ratio immutari quidem videtur, si caulis pone florem prolongatur, ut in Bartramiis, Bryis, aliisque, ubi flos, qui terminalis fuerat, lateralis redditur. Sed in hac ambiguitate facile levatur dubitatio, si flos accuratius examinatur. Nam tum tantum habemus iudicium fidum de situ floris, si flos vegetus est, si stamina polline plena et pistilla non foecundata sunt: si vero flos effoetus vel foecun-

datus reperitur, ambigitur; nam fieri potuit, ut caulis, post quam flos defloruit, prolongatus sit et lateralis factus flos, qui antea terminalis fuit.

Quamobrem ruit illa divisio in muscos acrocarpos et pleurocarpos, quoniam fructus saepe lateralis est, etiam in iis generibus, quae acrocarpa nuncupantur; nam cur Bartramiam Hallerianam, Bryum ventricosum Dicks. etc. acrocarpos nuncupas, quum fructus habeant laterales?

Itaque pro generum definitione floris situs caute inquirendus est et habebis exinde, quod ad habitum cuiusvis musci spectat, *acranthos* et *pleuranthos* muscos.

Quod ad dispositionem huius libri attinet, eam ita institui, ut genera, secundum habitum specierum in familias congesta, enumerentur. Finito vero opere synopsis generum ad modum systematis artificialis exhibebitur. In descriptionibus brevis esse studui, quantum absque ambiguitate licuit, nec repetii in descriptionibus, si fieri potuit, verba definitionum.

Post muscorum rariorum patriam apposui nomina virorum, qui specimina benevole largiti sunt.

Auctorum locos citavi tantum eos, qui primi aut plurimum ad singulorum muscorum plenariam cognitionem fecerunt, et omnes quantum valui icones; omisi plerumque systemata plantarum, et muscorum universas monographias, quoniam earum usus ita commodus est, ut citatione paginarum earum non egeamus.

In Synonymia ea inprimis omittenda censui, de quibus valet Baylii locus in eius Revue médicale ann. 1827. p. 304.: „C'est peutêtre la premiere fois, qu'on invoque et qu'on cite „des travaux manuscrits, pour les opposer à des mémoi„res imprimés, que tout le monde peut lire et consulter. „Dans une discussion polemique" un auteur „ne pouvait par

„choisir de moyen plus ingenieux et plus sûr d'ecarter toute „contradiction, toute replique, toute refutation; en un mot „il ne pouvait pas mieux assurer son triomphe; car, à moins „de le traiter en menteur (ce que je ne dirai à personne, „quelque language qu'on puisse tenir contre moi) je n'ai „aucune reproche à faire à un homme, qui m'oppose des „manuscrits, que je n'ai pu lire."

MUSCI FRONDOSI.

A. acranthi, floribus terminalibus.

Not. *Fructus, prolongato post florescentiam caule, saepe fiunt axillares, qui fuerant terminales. Quare videndum, an flores vegeti sint.*

A. FAMILIA POLYTRICHI.

Musci magnitudine foliorum et fructuum, saepe etiam caulis praepollentes. Caules *erecti, simplices aut ramosi, raro comosi.* Folia *crassa, rigida: nervo lamellato.* Flores *terminales,* masculi *discoides:* folia calycina difformia, *quaedam antheris intermixta.* Fructus *angulati, cylindrici, semiteretes aut ovati.* Calyptra *pilosa, aliis glabra, simplex, nullis duplex.* Columella *membranacea, plicis alaeformibus quatuor vel sex.* Epiphragma *planum, raro centro elevatum aut conico-subulatum.*

I. POLYTRICHUM.

Linn. gen. plant. ed. Schreb. n. 1660.

Peristomium *simplex: dentibus brevibus, apice membranam (epiphragma) prehendentibus* [32. 64. vel 16.].
Flores *terminales dioeci:* masculi *disciformes,* staminibus *inter folia calycina interpositis.*

Not. *Pogonata Palisoti habent capsulam apophysi destitutam, Catharineae Ehrharti calyptram glabram, quae notae genus non faciunt.*

A. caule comoso sive arborescente.

1. POLYTRICHUM *dendroides.*

P. caule comoso, foliis tortilibus oblongo-linearibus canaliculatis serratis, pedunculo mediocri.
P. dendroides. *Brid. muscol.* 2. 101. *t.* 5. *f.* 6. *Hedwig. spec. musc.* 102. *Ej. suppl. II. part.* 2. *p.* 1. *t.* 151.
Pogonatum dendroides. *Palis. Beauv. aetheog.* 85.
Baumartiger Widerthon.
Habitat in Freti Magellanici *silvis, quae alpibus subsunt,* Baie Française *et* Port Galant. *Pr. Thouin. In* Dusky Bay Novae Seelandiae. *A. Menzies.* ♃.

Caulis *pedalis, basi bulbosus, apice in ramos plures fasciculatos, subsimplices, arboris comae ad instar divisus.* Pedunculus *ramis paullo brevior.* Calyptra *et* fructus *ignotus.*

B. caule simplici vel vage ramoso.

I. Calyptra pilosa.

1. *capsula apophysi instructa* seu *appendiculata.*

a. foliis integerrimis, margine ut plurimum introflexo.

2. POLYTRICHUM *iuniperinum.*

P. subsimplex, foliis patulis margine inflexis integerrimis costa scabris, capsula appendiculata parallelepipeda, operculo convexo rostrato.
P. iuniperinum. *Hedw. spec. musc.* 89. *t.* 13. *Engl. bot. t.* 2435. *excluso synonymo Dillenii. Mougeot et Nestl.* 5. *n.* 417. *b. Blandow. musc. exsicc.* 3. *n.* 103.
P. affine. *Funk. crypt. exsicc.* 12. 251. *Ej. herb. musc. t.* 54. *n.* 3.
P. iunip. gracile. *Schulz. flor. Stargard.* 285.
P. aureum medium. *Bauhin. pin.* 356.
Muscus coronatus humilis. *Morison hist.* 3. 630. *sect.* 15. *t.* 7. *f.* 6. 8.
Muscus erectus, iuniperi folio glaucus. *Vaill. Paris.* 131. *t.* 23. *f.* 6.
Wachholderblättriger Widerthon.
Habitat in silvis et collibus siccioribus omnis Europae, Asiae *et* borealis Americae. ♃.

Caulis *erectus, pollicem dimidium ad octo altus.* Folia *patentia, siccitate stricta et appressa, basi semiamplexicauli, erecta; inde margine folii inflexo, appresso.* Capsula *tetraëdra, longior quam latior, erecta aut nutans, quandoque pedunculo ad apicem quasi infracto.* Apophysis *orbicularis.* Operculum *convexum, in centro paulisper depressum, rostro acuto brevi seu dimidiam operculi diametrum transversam vix aequante.* Calyptra *cana.*

3. POLYTRICHUM *strictum.*

P. subramosum, foliis erectiusculis margine inflexis integerrimis, capsula appendiculata cuboide, operculo convexo rostellato.

P. strictum. *Menzies. act. soc. Linn. Lond.* 4. 77. *t.* 4. *f.* 1. *Schleich. crypt. Helvet.*

P. alpestre. *Hopp. manual. botan.* 1801. 148. *Sturm flor. Germ. crypt. fasc.* 5. *Hedw. suppl. musc.* 1. 2. 310. *t.* 97. *Funk. herb. musc. t.* 54 *n.* 2.

Starrer Widerthon.

Habitat in pratis turfosis, alpinis, montosis et borealibus Europae, Asiae, Americae, *etiam in* Brasilia *et* Nova Walesia meridionali. ♃.

Praecedenti simillimum differt caule *gracili,* fructu *non longiore quam latiore. Crescit in montosis siccioribus cum* iuniperino, *sed separatis gregibus.*

4. POLYTRICHUM *appressum.*

P. simplex, foliis patentibus margine inflexis integerrimis, capsula tetragona subappendiculata, operculo conoide.

P. appressum. *Hedw. suppl. musc.* 1. 2. 311. *et* 2. 2. tab. 152. *excluso P.* appresso *Bridelii.*

P. Antillarum. *Brid. bryol.* 2. 747.

Angedrückter Widerthon.

Habitat in insula Domingo, *P. Cl. Richard;* in Antillis *et* in Brasilia, *Beyrich* ♃.

Caulis *uncias tres vel quatuor altus, basi tomentosus.* Folia *ex erecta et ovata basi patentia, siccitate tota erecta et appressa.* Capsula *tetragona, dimidio longior quam latior.* Peristomii *dentes* 64. Apophysis *minuta, subrotunda.* Operculum *e conico rostratum, capsulae dimidiae longitudinem superans. A* iuniperino *differt ut* formosum *a* communi *propter operculum.*

5. POLYTRICHUM *glabrum.*

P. simplex, foliis erectiusculis planis integerrimis apice scabriusculis, capsula appendiculata parallelepipeda.

P. glabrum. *Brid. muscolog.* 2. 85. *bryol.* 2. 141. *Hedw. suppl. musc.* 1. 2. 311.
P. Apuleii *Commerson. Ms.*
Glatter Widerthon.
Habitat in insulae Borbonis *plaga praealta*, plaine des Caffres, *et in fossis exsiccatis. Bridel de B.* ♃.
Simillimum P. iuniperino, *sed diversum foliis totis fere nervo expletis et margine non inflexis, caeterum integerrimis: costa parum scabra, non serrata.*

6. POLYTRICHUM *piliferum.*

P. simplex, foliis lineari-subulatis margine inflexis integerrimis piliferis, capsula tetragona.
P. piliferum. *Schreb. spicileg. Lips.* 74. *Hedw. suppl. musc.* 2. 2. 6. *t.* 153. *Funk herbar. musc.* 69. *t.* 54. *Hook. Tayl. muscolog. britan.* 21. *t.* 10.
P. commune *γ. Linn. spec. pl.* 2. 1573.
P. Hoppii. *Hornsch. diar. bot. Ratisb.* 2. 105. *et* 6. 56.
P. quadrangulare minus, iuniperi foliis pilosis. *Dill. musc.* 426. *t.* 54. *f.* 3.
Haartragender Widerthon.
Habitat in siccis apricis collium, montium et alpium omnis orbis terrarum. ♃.

Caulis *brevis, subsimplex.* Folia e *basi amplexicauli oblonga, patentia, lineari-subulata, pilo undique ad margines serrato.* Capsula *tetragona*, apophysi *orbiculari*; dentes peristomii 64. Operculum *e convexo mucronatum.* Calyptra *pilosa, grisea.*

7. POLYTRICHUM *hyperboreum.*

P. caule longo apice ramoso, foliis piliferis, capsula appendiculata tetragona, operculo convexo mucronato.
P. hyperboreum *R. Brown itin. Parryan. append.* 194. *Hedw. suppl. musc.* 2. 2. 8. *t.* 153.
Hochnordischer Widerthon.
Habitat in insula Melville Americae polaris. *Sabine, navarchus.* ♃.

Caulis *tres uncias longus, apice in ramos subsenos, unciales et semunciales, subramosos divisus.* Folia *ex ovata basi, propter margines inflexos latos et ad nervum contiguos, linearia, pilo scabro.* Pedunculus *vix uncialis.* Capsula *tetragona, apice paullo angustior*, apophysi *duas tertias partes capsulae latitudinis aequante*, dentibus 64. *brevissimis.* Calyptra *conica, apice curvulo, capsulae dimidiae longitudinis.*

8. POLYTRICHUM *septentrionale.*

P. subramosum, foliis ascendentibus margine inflexis integerrimis, capsula sexangulari subappendiculata operculata, operculo reflexo.

P. septentrionale. *Swartz. musc. Suec.* 77. 107. *t.* 9. *f.* 18. *Hedw. suppl. musc.* 1. 2. 313.

P. sexangulare. *Hoppe manual. botan.* 1800. p. 150. *Sturm. flor. German. crypt. fasc.* 4. *n.* 4.

P. crassisetum. *Cand. fl. Gall.* 2. 436.

P. Helveticum. *Schleich. crypt. Helvet. exsiccat. Centur.* 3. *n.* 16.

Nördlicher Widerthon.

Habitat in apricis alpinis et in maxime borealibus Europae, Asiae, Americae, *ad* Snowdon Walesiae, *in* Sudetibus *et alpibus australibus* Germaniae, Lapponiae Lulensis, *in* Camtschatca *et ad* sinum Schismareff, *terram longe lateque investiens, aestate sed rarius fructiferum.* ♃.

Caules *sesquiunciales aut biunciales, basi aphylli, apice saepe ramosi.* Folia *ex oblonga basi linearia, marginibus inflexis.* Pedunculi *crassi.* Capsulae *ovatae, tetragonae, plerumque hexagonae, utplurimum cernuae.* Operculum *e convexo rostratum: rostro acuto, capsulae tertiam vel dimidiam longitudinis partem longo, plerumque recurvo.* Calyptra *brevior quam capsula.*

Swartzii icon foliorum eius ipsius descriptioni „folia margine laevia" et alio loco „in apicem subulatum convoluta" dicenti, repugnat et corrigenda est. Non temere, ut Bridelio videbatur, sub alpino *bryol.* 2. *p.* 145., septentrionale *ad* sexangulare *retuli, sed comparatis speciminibus Swartzianis genuinis.*

9. POLYTRICHUM *longisetum.*

P. simplex, foliis erectis integerrimis planis, pedunculo longissimo, capsula semitereti dorso bicarinata.

P. longisetum. *Hook. musc. exot. t.* 66. *Hedw. suppl. musc.* 2. 2. *p.* 4. *t.* 152.

Langstieliger Widerthon.

Habitat in monte Quindiu, *regione temperata,* Andes de Cundinamarca. *P. Hooker.* ♃.

Caulis *pollices tres vel quatuor altus, gracilis.* Folia *e lata basi lineari-lanceolata, acuta, integerrima, plana, margine non inflexo, nervo lato.* Pedunculus *pollices quatuor altus.* Capsula *apophysi minuta, tereti; ipsa basi semiteres, inferiore superficie convexa, superiore planiuscula; exoritur eius*

e medio dorso linea elevata et ampliatur capsula, ut orificium orbiculare sit. Peristomii *dentes* 64. Operculum *rostratum, capsulae longitudine, curvatum.* Calyptra *ignota, videtur pilosa esse, quia vaginula pilos habet. Capsulae forma* Dawsoniam *aemulatur.*

(I. *Calyptra pilosa.* 1. *capsula angulata, appendiculata.*)

β. foliis serratis.

10. POLYTRICHUM *commune.*

P. subsimplex, foliis margine dorsoque serratis, capsula tetragona; apophysi orbiculari, operculo mucronato.

P. commune, caule simplici, anthera parallelepipeda. *Linn. spec. plant.* 2. 1573. *et Hedw. spec. musc.* 88. *suppl.* 1. 2. 314. etc.

P. yuccaefolium. *Ehrh. pl. crypt. exsicc.* 214.

P. perigoniale. *Michaux fl. bor. Americ.* 2. 293.

P. subpilosum. *Palisot. Beauv. aetheog.* 86. *Brid. bryol.* 2. 153. *sub* Commersoniano.

P. appressum. Brid. bryol. 2. 141.

P. propinquum. *R. Brown. suppl. ad it. Parryan.* 194.

P. quadrangulare vulgare, yuccae foliis serratis. *Dill. musc.* 420. *t.* 54. *f.* 1.

P. aureum maius. *Bauh. pin.* 356.

Muscus iuniperifolius, capitulo quadrangulo. *Vaill. Paris.* 131. *t.* 23. *f.* 8.

Gemeiner Widerthon.

Habitat in silvis umbrosis, humidis, inprimis acerosis in omni terrarum orbe, frequens. ♃.

Caulis *ab unciis duabus ad pedem unum aut sexqui-alterum longus, simplex, inprimis ubi valde longus est.* Folia *patula, e lata basi lineari-lanceolata*; calycina feminea *praelonga, saepe pallescentia, unde* perigonialis *nomen.* Pedunculus *duas ad quatuor uncias altus.* Columella *quadrialata primo observata Schmidelio, icon. plantar.* Peristomii dentes 64. Operculum *convexum cum mucrone, (non conicum).* Calyptra *capsula longior, flavo-badia. Polytrichum* propinquum *incertum manebit, usque dum capsulae repertae fuerint.* P. appressum et *margine subtiliter dentata habet, atque inferiora erecta, neque tamen specie diversum censeo, inprimis si P.* subpilosum *intermedium inter hoc et* commune *vulgare comparaverim.* Folii *apice diaphano. Plantae masculae bis, ter, quater e disco floris prolongantur; sed earum caulem in femineum mutari, quod observatum esse Bridelius bryolog.* 2. 150.

ait, nunquam vidi; Meesii experimenta diversam explicationem admittunt.

11. POLYTRICHUM *elatum.*

P. ramosum rigidum, foliis lanceolato-linearibus spinoso-serratis vel integerrimis, capsula appendiculata cubica, operculo mammillato.

P. elatum. *Palisot. Beauv. aetheog.* 85. *Brid. bryol.* 2. *p.* 152. *Mantissa musc. p.* 197. *sub* purpurascente. *Hedw. suppl. musc.* 2. 2. *p.* 4. *t.* 151.

Hoher Widerthon.

Habitat ad crateres in insulis Franciae *et* Borbonis. *Aubert D. P.* ♃.

Caulis *crassior, rigidior quam in* communi, *simplex aut semel divisus, pedem altior.* Folia *rigida, carinata, margine membranaceo laterali angustissimo integro, aut dentibus spinarum similibus, strictis, ornato.* Capsula *brevis, erecta*; *dentibus* 64. Operculum *planum, mucrone brevissimo, quasi mammillatum.* Calyptrae *basin reflexam non video, forte quia mea planta iunior est; caeterum longior est quam capsula.*

12. POLYTRICHUM *remotifolium.*

P. simplex gracile strictum, foliis serratis vaginantibus remotis, capsula appendiculata tetragona, operculo mucronato, calyptra canescente.

P. remotifolium. *Palis. Beauv. aetheog. p.* 86. *Hedw. suppl. musc.* 1. 2. *p.* 320. *suppl.* 2. 2. *p.* 10. *t.* 154.

Weitblättriger Widerthon.

Habitat in insula Borbonis. *P. Thouin. Palisot. B.* ♃.

Licet simile sit communi, separatum tamen servare malui, quoniam non vidi P. communis folia, *si ab invicem remota sunt, ita brevia, ut spatium intrafoliaceum* dupla *tantum longitudine superent. Apex* folii *undique, etiam intus, quasi spinulis scaber.* Apophysis *appressa capsulae.* Operculi *mucro diametrum transversam operculi aequat.*

13. POLYTRICHUM *elongatum.*

P. caule erecto gracili longo simplici et diviso, foliis linearibus subserrulatis, capsulis erectis.

P. elongatum. *Pal. Beauv. aetheog.* 85.

Langstämmiger Widerthon.

Habitat in freto Magellanico. ♃. Non vidi.

14. POLYTRICHUM *formosum.*

P. subramosum, foliis serratis, capsula tetragona subappendiculata, operculo conico rostrato.

P. formosum. *Hedw. sp. musc. p.* 92. *t.* 19. *Suppl.* 1. 2. *p.* 315. *Mühlenberg catal. pl. Amer. sept.* 99.
P. attenuatum. *Menz. act. soc. Linn. Lond.* 4. *p.* 12. *t.* 6. *f.* 2.
P. serratum. *Schrank fl. Bavar.* 2. 446. *n.* 1371. *e speciminibus.*
P. pallidisetum. *Funk crypt. exsiccat. mont. pinif. fasc.* 3. *n.* 55. *Ej. herbar. musc. t.* 56.
P. stans hb. Thuillieri.
P. superbum *Schultz. syllog. in Ephemerid. bot. Ratisb.* 152.
P. marginatum. *Hedw. suppl.* 2. 2. 329. *exclusis synonymis et mentione calyptrae glabrae, quae haud dubie pilosa fuit, sed deficit in speciminibus.*
P. coronatum *Brid. bryol.* 2. 740.
P. quadrangulare, iuniperi foliis brevioribus et rigidioribus. *Dillen. musc.* 424. *t.* 54. *f.* 2. *comparato Dillenii herbario.*

Schöner Widerthon.

Habitat in silvis siccioribus, inprimis solo calcareo, et in turfosis, Europae *et* Americae. ♃.

P. coronatum *Bridelii sunt in eius herbario fructus* formosi *delapsi, mixti cum caulibus* formosi *et* iuniperini; *Descriptio foliorum l. c.* iuniperino, *descriptio fructus* formoso *convenit.*

A communi differt capsulae apophysi exigua, quandoque nulla, sed inprimis operculo non convexo mucronato, sed conico rostrato, basi rufescente. Columella *quadrialata. Non rarum est.* Polytrichum pallidisetum *loco natali separatis gregibus invenitur a Funkio, observatore solerti, sed non invenio characteres hoc a* formoso *separantes.*

15. POLYTRICHUM *gracile.*

P. subsimplex, foliis erectiusculis serratis, pedunculo longo, capsula ovata subangulata obliqua, operculo rostrato.
P. gracile. *Menz. act. soc. Linn.* 4. *p.* 73. *t.* 6. *f.* 3. *Hedw. suppl.* 2. 2. 167. *t.* 148.
P. longisetum. *Swartz. musc. Suec.* 76. *t.* 8. *f.* 16. *Hedw. suppl.* 1. 2. 316.
P. aurantiacum. *Hopp. diar. botan.* 1800. *p.* 131. *Funk crypt. exsicc. mont. pinif.* et *Herbar. musc. t.* 56. *sub* longiseto.

P. nigrescens *Cand. fl. Gall.* 2. 490.

Schlanker Widerthon.

Habitat in turfosis montium et alpini tractus et australis et borealis Europae *et* in America boreali. ♃.

Polytricho formoso *simile, etiam operculo rostrato; sed* capsula *obliqua sive cernua, ovata, brevis,* apophysi *brevi,* dentibus 32, *et* columella *sex alis membranaceis instructa, quibus omnibus magis etiam a P. communi differt, quocum hoc et formosum coniungit Arnottus* in *Synopsi muscorum* (*Act. soc. nat. cur. Paris.* 2. p. 71.)

Calyptra *brevior quam capsula; quandoque nigra.*

(I. *Calyptra pilosa.*)

2. *Capsula subcylindrica.* **a.** *foliis rigidis* (*s. non tortilibus.*)

16. POLYTRICHUM *giganteum.*

P. ramosum fastigiatum, foliis erectis integerrimis; apicis margine subinflexis dorsoque scabris, operculo rostrato.

P. giganteum. *Hook. musc. exot. t.* 65.

Pogonatum giganteum. *Brid. bryol.* 2. 123.

Riesenmässiger Widerthon.

Habitat in devexis montis Quindiu, *ad radices Ceroxyli andicolae, in temperatis usque ad altitudinem* 1450. *hexapodum.* ♃.

Polytricho communi *maius.* Caulis *spithameus aut pedalis, ramosus.* Folia *lineari-subulata, integerrima, margine membranaceo tantum ad apicem inflexo, dorso scabra.* Capsula *ex ovato cylindrica, fusca.* Operculum *rostratum, curvatum, capsula duplo brevius.* Peristomium *ut in communi. H.*

17. POLYTRICHUM *brevifolium.*

P. ramosum, foliis rigidis apice serratis; disco toto lamelliferis dorso laevibus, capsula obovata cernua.

P. brevifolium. *R. Brown. suppl. appendic. itin. Parryan. p.* 194.

Kurzblättriger Widerthon.

Habitat in America polari. *Sabine. Navarchus.* ♃.

Caules *unciales, ramis fastigiatis.* Folia *e basi dilatata membranacea, linearia, acuta, crassa. Pedunculus* laevis, pallidus. *Capsula laevis.* Operculum *e convexo conicum, rostro subulato, recurvo, diametrum baseos vix aequante.* Peristomii *dentes* 40, *aequali spatio ab invicem remoti, interstitiis*

angustiores. Epiphragma *crassiusculum.* Calyptrae *pili arcte implexi.*

Affine alpino. *R. Brown.*

18. POLYTRICHUM *alpinum.*

P. ramosum, foliis serratis patulis, capsula subappendilata teretiuscula, operculo curvirostri.

P. alpinum, caule ramosissimo, pedunculis terminalibus. *Linn. spec. pl.* 2. 1573. *Menzies act. Linn. Lond.* 4. 83. *Hedw. suppl. musc.* 1. 2. 217. *spec. musc.* 92. *t.* 19. *et sub Norwegico t.* 22. *Hook. Tayl. muscol. brit.* 27. *t.* 11.

α. minus, ramis brevibus fastigiatis, capsulis subovatis.

P. ferrugineum. *Brid. suppl. muscol.* 1. 61.

P. furcatum. *Hornschuch hor. Berol.* 67. *t.* 13.

Pogonatum alpinum. *Brid. bryolog.* 2. 129. *excluso synonymo* P. septentrionalis *Swartzii, secundum Swartzii verba et specimina.*

P. alpinum ramosum, capsulis e summitate ellipticis. *Dillen. hist. musc.* 426. *t.* 55. *f.* 4.

β. maius, basi extenuatum, ramis paucis altitudine variis, capsula oblongo-tereti.

P. silvaticum. *Menz. act. Linn.* 4. 83. *t.* 7. *f.* 6.

P. arcticum. *Swartz. musc. Suec.* 76. *t.* 8. *f.* 17.

P. ambiguum. *Michaux. flor. bor. Am.* 2. 297.

γ. minus fastigiato-ramosum, capsula cernua, apophysi teretiuscula.

Pogonatum Pylaesii. *Brid. bryol.* 2. 744.

P. campanulatum. *Hornsch. hor. Berol.* 67.

Alpen-Widerthon.

Habitat in alpinis septentrionalibus Europae *et* borealis Asiae, Camtschatca; *β. in silvaticis alpini tractus borealis et australis* Germaniae *et in* America boreali; *γ. in polaribus* Asiae, Camtschatca. *A. Chamisso.* ♃.

Caules *valde ramosi, fastigiati in speciminibus borealibus, inprimis* Norwegico *et* furcato, *minus ramosi altiores, basi tenues, aphylli, et ramis variae altitudinis in* arctico *et* silvatico. Folia *argute serrata, strictiora in α et γ, laxiora, patula, longiora in β.* Fructus *apophysi parum aut non conspicua in α et β, magis evidenti et breviores in γ.* Operculum *recurvum in α et γ.*

19. POLYTRICHUM *microstomum.*

P. subramosum, foliis patentibus serratis, capsulis laterali-

bus cylindricis erecto-cernuis, operculo convexo-rostrato.

P. microstomum. *R. Brown act. soc. Linn. Lond.* 12. 569. *Hedw. suppl. musc.* 2. 2. *p.* 10. *t.* 154.

Kleinmündiger Widerthon.

Habitat in regno Nipal Indiae orientalis. *P. Taylor.* ♃.

Caulis *uncias quatuor ad sex altus, rigidus, ascendens, apice unum alterumve ramum brevem exserens, post florem femineum innovans.* Folia *rigida, lato-lanceolata, recta via patentia, siccitate minus complicata, quam congenerum plurimorum.* Pedunculus *biuncialis, saepe binarius et ternarius ex eodem calyce, flexuosus.* Capsula *magnitudine maioris* formosi, *oblonga, parvum cernua:* dentes 64. Operculum *convexum, rostro curvulo, diametrum operculi transversam fere aequante.* Columella *quadrialata.* Calyptra *pilosa, flavo-cana.*

20. POLYTRICHUM *urnigerum.*

P. ramosum, foliis serratis erectis, capsulis lateralibus rectis cylindricis, operculo convexo mucronato.

P. urnigerum, caule ramosissimo, pedunculis axillaribus. *Linn. spec. pl.* 2. 1573. *Hedw. suppl. musc.* 1. 2. *p.* 210. *Spec. musc.* 100. *t.* 22. *f.* 5—7.

P. pulverulentum. *Act. Lausann.* 2. 11. *t.* 2. *Hedw. sp. musc.* 91. *suppl.* 1. 2. 322.?

P. fasciculatum. *Michaux fl. bor. Am.* 2. *p.* 294.

P. axillare. *Lamarck. Flore Française* 1. gen. 1264.

Pogonatum intertextum. *Brid. bryol.* 2. 742. *Minime differt.*

P. ramosum setis ex alis urnigeris. *Dill. musc.* 427. *t.* 55. *f.* 5.

β, operculo brevissimo, centrali puncto elevato, calyptra duplo breviore.

Krugförmiger Widerthon.

Habitat in silvis apertis, pinetis arenosis, ad vias cavas montium et in alpibus Europae *et* borealis Americae. ♃.

Caulis *unciam unam aut duas, in alpibus tres altus, rigidus, ima basi tomentosus, inde nudus, subaphyllus, ramis subfastigiatis brevibus, post florem innovantibus, ut pedunculi axillares reddantur.* Capsulae *erectae, cylindricae, lineas duas tresve longae, angustae, minores quam in omnibus huc usque descriptis Polytrichis.* Operculum *convexum, mucrone curvulo, operculi diametrum fere superante.*

21. POLYTRICHUM *dentatum.*

P. subramosum fastigiatum, foliis lanceolatis spinoso-dentatis, capsulis ovatis erectiusculis, peristomii dentibus lanceolato-subulatis.

P. dentatum. *Menzies act. soc. Linn. Lond.* 4. 80. *t.* 7. *f.* 4. *Hedw. suppl. musc.* 2. 2. 11. *t.* 155.

Pogonatum dentatum. *Brid. bryol.* 2. 122. *et* 744.

Gezahnter Widerthon.

Habitat in pinetis orae occidentalis Americae septentrionalis, *nec alibi. A. Menzies.* ♃.

Caulis *unciam unam duasve altus, plerumque divisus in ramos duos vel tres.* Folia *rigida, patula, lanceolata, dentibus acutis praegrandibus, antrorsum curvatis: superius totis fere nervo expletis.* Pedunculi *unciales aut sesqui-unciales.* Capsula *ovata, subaequalis, laevis.* Dentes peristomii *capsulae transversam diametrum longi, angusti.* Operculum *planiusculum, puncto centrali elevato.* Calyptra *capsulae fere longitudine, pilosa, grisea.*

Ad P. urnigerum *refert Arnott. synops.* 71.

22. POLYTRICHUM *subulatum.*

P. subramosum, foliis lanceolatis carinatis, margine dorsoque serratis tenuinervibus, capsula cylindrica, operculo subulato.

P. subulatum. *Menzies act. Linn.* 4. 303. *t.* 6. *f.* 5. *Hedw. suppl.* 2. 2. 13. *t.* 155.

Pogonatum subulatum *Brid. bryol.* 2. 132.

Pfriemenförmiger Widerthon.

Habitat in Nova Seelandia. *A. Menzies.* ♃.

Caulis *simplex, raro subramosus.* Folia *versus apicem caulis spissiora, serrata, margine albicantia.* Capsula *subaequalis.* Peristomii *dentes* 32 *ad* 40. Operculum *conico-subulatum, capsula paullo longius.* Calyptra *pilosa, canescens.*

Differt foliis *latioribus, patulis, siccitate non strictis, inprimis operculo a praecedente.*

23. POLYTRICHUM *capillare.*

P. humile subsimplex, foliis paucioribus serratis apice incurvis subtortilibus, operculo convexo mucronato.

P. capillare. *Michaux flor. bor. Am.* 2. 294.

Pogonatum yuccaefolium. *Palis. Beauv. aetheog.* 85.

Pogonatum capillare. *Brid. bryol.* 2. 127.

Haarförmiger Widerthon.

Habitat in Canada. *Bosc d'Antic.* ♃.

Sola **statura** *minore et* **caule** *brevi*, **capsula** *ovata et foliis longioribus non strictis differt ab* urnigero, *cum quo tamen nolui coniungere, sine repetitis Americanorum in loco natali observationibus.*

24. POLYTRICHUM *aloides.*

P. humile, foliis lanceolatis serratis planiusculis, capsula cylindrica erectiuscula, operculi mucrone incurvo.

P. aloides. *Hedw. stirp. crypt.* 1. 37. *t.* 14. *Ej. spec. musc.* 96. *suppl. musc.* 1. 2. 322. *Menzies act. soc. Linn. Lond.* 4. 70. *t.* 7. *f.* 3. *Turn. muscol.* 88. *Hook. Tayl. muscol. brit.* 28. *t.* 11. *etc.*

Pogonatum aloides. *Palis. Beauv. aetheog.* 84.

P. parvum aloes folio serrato, capsulis oblongis. *Dill. musc.* 429. t. 58. *f.* 7.

Mnium polytrichoides, calyptra villosa. *Linn. spec. pl.* 2. 3576.

Adianthum aureum medium, in ericetis proveniens. *Vaill. Paris.* 131. *t.* 29. *f.* 11.

Muscus adianthi aurei facie, capitulo rotundo turgido, calyptra villosa incana. *Buxb. Cent.* 1. 43. *t.* 63. *f.* 1.

β. caule maiori, interdum unum alterumve ramulum edente.

P. rubellum. *Menz. act. soc. Linn. Lond.* 4. 79. *t.* 7. *f.* 3.

P. Dicksoni. *Turn. muscol. Hib.* 88.

P. laterale. *Blandow. in lit.*

γ. caule di—, tricarpo, dentibus subinde sedecim. E Chili. *Pr. Kunze.*

δ. caule maiori, foliis subtortilibus, capsulis sexcostatis, dentibus sedecim. E Nipal. *Pr. Taylor.*

ε. minus caule pedunculoque semunciali.

P. minimum. *Crome musc. exsicc.* 48. *n.* 30.

P. defluens. *Brid. suppl.* 1. 200. *Calyptra a pedunculo perforata etiam in aliis* Polytrichi, Timmiae, Weissiae etc. *specibus interdum occurrit.*

Aloeblättriger Widerthon.

Habitat ad latera viarum, colliculos arenosos vel lutosos Europae, Asiae, Africae, Americae, *var. β. in* Germania, Suecia, America boreali, Africa australi. ♃.

Caulis *unciam raro superans, plerumque minor, simplex, aliquando ramum exserens.* **Folia** *margine et subtilius in dorso serrata.* **Pedunculus** *uncialis, sexquiuncialis, semuncialis.* **Capsula** *erectiuscula, ex oblongo cylindrica, subinaequalis.*

Operculum *brevissimum.* Calyptra *capsulae magnitudine, grisea:* pilis *capsulam aequans,* membrana *capsulae trientem longa.*

Species *admodum variabilis, non solum statura, sed etiam caule subramoso, et fructibus. Dantur enim* fructus *teretes,* alii *costis instructi plerumque senis, minus vel magis conspicuis; interdum in ipsum pedunculum decurrentibus;* dentes *quandoque alternatim connati, ut sedecim tantum adsint, ut in Chilensibus speciminibus habuit Pr. Kunze, in Nipalicis ego. Sed hic numerus et capsulae diversitas in eodem caespite non constans est. Eadem specimina Nipalensia, quae costatam capsulam interdum habent, etiam folia subtortilia monstrant; tamen ob intermedia specimina speciem genuinam et diversam non sistunt.*

25. POLYTRICHUM *brachyphyllum.*

P. subacaule, foliis oblongis carinatis integerrimis; dimidio brevioribus capsulà oblonga ascendente.

P. brachyphyllum. *Michaux fl. bor. Americ.* 2. 293. *Hedw. suppl. musc.* 2. 2. 15. *t.* 156.

P. vaginans. *Brid. suppl. muscol.* 1. *p.* 68.

Pogonatum brachyphyllum. *Palis. Beauv. aetheog.* 54.

Kurzblättriger Widerthon.

Habitat in argillosis Carolinae *et* Pensilvaniae. *Cl. Richard.* ♃.

Caulis *brevissimus, simplicissimus; unicum vidi dicarpum, neque hunc ramosum.* Folia *sex vel octo, dimidio breviora, quum capsula fastigiata, oblonga, carinata, integerrima, badia.* Pedunculus *unciam longus aut superans.* Capsula *fere erecta, subaequalis.* Operculum *capsulae tertiam partem longitudine aequans, planum, mucrone conico, curvulo, crassiore et maiore quam in aloide et nano.* Columella *teretiuscula, paulum compressa.* Peristomii *dentes triginta duo.*

26. POLYTRICHUM *nanum.*

P. humile, foliis lanceolatis obtusis carinatis margine nervoque denticulatis, capsula obovata cernua.

P. nanum. *Hedw. spec. musc.* 95. *suppl. musc.* 1. 2. 324. *Stirp. crypt.* 1. 135. *t.* 13. *Hook. Tayl. muscol. Brit.* 28. *t.* 11.

P. pumilum. *Swartz musc. Suec.* 77. *t.* 9. *f.* 19. *Hedw. sp. musc.* 97. *t.* 21. *fig.* 7—9.

P. subrotundum. *Menzies act. soc. Linn.* 4. 68.

P. ericoides. *Hoffm. fl. German. crypt.* 24.

P. intermedium. *Brid. muscol. suppl.* 1. 76.

Pogonatum nanum *et* β, semidiaphanum. *Brid. bryol.* 2. 117. 119.

Pogonatum nanum *et* pusillum. *Palisot. B. aetheog.* 84. *Id. in act. soc. Linn. Paris. t.* 11. *f.* 3.

Mnium *polytrichoides*, calyptra villosa. *Linn. spec. pl.* 2. 1576. *α.*

P. nanum, capsulis subrotundis galeritis, aloes folio non serrato. *Dillen. musc.* 428. *t.* 55. *f.* 6.

Muscus capillaceus minor, calyptra tomentosa. *Vaill. Paris.* 131. *t.* 26. *f.* 15.

Muscus coronatus rigidus minor et humilis, capitulis villosis brevibus. *Moris. hist.* 3. 630. s. 15. *t.* 7. *f.* 7.

Zwerg-Widerthon.

Habitat in ericetis, viis cavis montanis Europae, Americae *et* Asiae borealis, Camtschatca. ♃.

Caulis *brevis, raro semuncialis, simplex.* Folia *lanceolata, brevia, obtusa, denticulata, badia.* Vaginula *ut in plurimis pusillis glabra.* Pedunculus *unciam dimidiam, raro tres altus, et tum quandoque multifariam flexuosus.* Capsula *obovata, ascendens, inaequalis.* Operculum *convexum, mucrone tenui, recto aut curvulo.* Calyptra *capsulae magnitudine, ferruginea.*

27. POLYTRICHUM *Pensilvanicum.*

P. caule brevissimo, foliis lanceolato-acuminatis appressis subintegerrimis, capsula cylindrica erecta, pedunculo apice incrassato.

P. Pensilvanicum. *Hedw. sp. musc.* 96. *t.* 21. *suppl.* 3. 14. *t.* 106. *Michaux fl. bor. Americ.* 2. 294.

P. tenue. *Menzies act. soc. Linn. Lond.* 4. 68.

Pogonatum brevicaule. *Palis. Beauv. aetheog.* 84. *Brid. bryol.* 2. 743.

Mnium polytrichoides. *γ. Linn. spec. pl.* 2. 1577.

Polytrichum acaulon capillaceum, capsulis cylindricis. *Dillen. musc.* 434. *t.* 55. *f.* 12.

Pensilvanischer Widerthon.

Habitat locis siccis argillosis Pensilvaniae, Carolinae *Palisot. B. et* Brasiliae, *et in* Nova Scotia *pr.* Halifax. *Menzies.* ♃.

Caulis *tres, quatuor lineas altus, simplex, ascendens.* Folia *pauca stricta; inferiora ovata, acuta, superiora ovato-lanceolata, subtiliter denticulata, tenuia, pellucida.* Pedunculus *unciam altus.* Capsula *cylindrica, erecta.* Operculum *planiusculum, brevi cuspide.* Calyptra *pilosa, capsula paullo brevior, straminea.*

Foliis longis caulem superantibus appressis gracilior videtur caulis, quam in omnibus Polytrichis.

(I. *Calyptra pilosa.*)

2. *capsula subcylindrica.* **b.** *foliis tortilibus.*

28. POLYTRICHUM *convolutum.*

P. longissimum subsimplex, foliis serratis planiusculis tortilibus, pedunculis brevibus terminalibus, capsulis teretiusculis erectis.

P. convolutum. *Linn. meth. musc.* 374. *t.* 4. *f.* 3. *Hedw. suppl. musc.* 1. 2. *p.* 326. *t.* 96. *Kunth. synops. fl. aequinoct.* 48.

Pogonatum convolutum. *Palis. Beauv. aetheog.* 84. *intermixto* tortili.

Zusammengewundner Widerthon.

Habitat in silvis humidis insulae Borbonis, *Pr. Thouin, et secundum Kunthium in* America aequinoctiali. ♃.

Caulis *pedalis, simplex, apice quandoque ramum brevem edens, angulatus, basi bulbosus.* Folia *unguem longa, inferiora duplo breviora, remotiuscula, planiuscula, siccitate laxe tortilia.* Pedunculi *caule sextuplo saltem breviores, foliis triplo longiores.* Capsula *cylindrica, inaequalis, erectiuscula.* Calyptra *capsula paullo longior, pilis griseis. Specimina Americana dimidio breviora sunt.*

29. POLYTRICHUM *contortum.*

P. praelongum subramosum, foliis remotiusculis laxe tortilibus serratis, capsulis lateralibus cylindricis erectiusculis.

P. contortum. *Menz. act. soc. Linn. Lond.* 4. 78. *t.* 7. *f.* 2. *Hedw. suppl. musc.* 1. 2. 325. *t.* 96.

Pogonatum laterale, *Brid. suppl. muscol.* 1. 76. *Bryolog.* 2. 112.

Gewundener Widerthon.

Habitat in ora occidentali Americae borealis. *A. Menzies. P. Hook.* ♃.

Caulis *uncias tres ad sex longus, basi subnudus, versus apicem bis terve divisus.* Folia *patentia, siccitate laxe tortilia, omni margine serrata, minus densa quam in plerisque Polytrichis.* Pedunculi *unciales aut biunciales innovante caule fiunt laterales et delapsis etiam capsulis persistunt.* Capsula *subinaequalis, orificii cingulo prominulo.* Peristomii *dentes* 32. Operculum *convexum, mucrone acutissimo, curvulo.* Calyptra *capsulae magnitudine, pilosa, straminea.*

Foliorum directione simile P. convoluto, *sed duplo minus, magnitudine tortili similius.*

30. POLYTRICHUM *tortile.*

P. mediocre subsimplex, foliis tortilibus serratis, capsulis terminalibus ovatis cernuis.

P. tortile. *Swartz flor. Ind. occ.* 3. 1839.

P. convolutum. *Swartz prodr. florae Ind. occ.* 139. *Hedw. spec. musc.* 94. *t.* 20. *f.* 3—5. *Ej. suppl. musc.* 1. 2. 327.

Pogonatum tortile. *Palis. Beauv. aetheog.* 85. *Brid. bryol.* 2. 108. et β. *Domingense Brid. l. c.*

Gedrehter Widerthon.

Habitat ad fossas macras argillosas in montibus excelsis Jamaicae australis, *in* Domingo, insula Franciae. *Swartz. Menzies. Gaudichaud.*

Caulis *uncialis aut biuncialis, erectus, simplex.* Folia *lineari-lanceolata, erectiuscula, carinata, siccitate valde contorta.* Pedunculus *unciam unam vel sexqui alteram longus.* Capsula *ovata, cernua, costis saepe suboctonis et venis aliquot parum elevatis, sub apice cingulo crasso.* Calyptra *capsulae magnitudine, cana.*

31. POLYTRICHUM *cirratum.*

P. longum simplex, foliis carinatis serratis arcte tortilibus, capsula subterminali turbinato-cylindrica erectiuscula.

P. cirratum. *Swartz in diar. botan. Schrad.* 4. 176. *t.* 4. *Hedw. suppl. musc.* 1. 2. 328.

Pogonatum cirratum. *Brid. bryol.* 2. 110.

β. minus, capsula oblongo-cylindrica subcostata. P. *leucomitrion. Hornsch. ms.*

γ. triplo minus, caule unciali, capsula oblonga laevi.

Gelockter Widerthon.

Habitat in montibus coeruleis insulae Javae, β *in* monte Hede γ. in m. Gede *P. Reinwardt* et varietatis α. specimina pusilla in insulis Sandwicensibus. Gaudichaud. ♃.

Caulis *unciam unam, sex vel octo longus, simplex, erectus.* Folia *copiosa, pollicem dimidium vel integrum fere longa, lanceolato-linearia, perangusta, carinata, costa et fere ad basin usque utroque margine argute serrata.* Pedunculus *solitarius, biuncialis, raro sexquiuncialis.* Capsula *cylindrica, apice cingulo incrassata, erectiuscula in γ. et ad horizontem fere incurva; in β evidentius costata, in caeteris laevis; saepe glauca in iuniori aetate.* Operculum *convexum, mucrone acutissimo, diametrum operculi primum aequante, in maturissima capsula brevissimo.* Columella *in hoc et praecedente compressa, alis quatuor, per paria margini columellae appositis, nec ita-*

que decussatis. Calyptra *pilis canis, brevior et ferruginea in pusillis.*

II. *Calyptra glabra vel parce pilosa.*

Catharinea *Ehrh.*

32. POLYTRICHUM *Magellanicum.*

P. subramosum, foliis serratis rigidis, capsula oblonga erectiuscula, operculo conico-rostrato, calyptra glabra.
P. Magellanicum. *Linn. suppl.* 449. *Hedw. spec. musc.* 101. *t.* 20. *f.* 1. 2. *suppl. musc.* 1. 2. 332. *Menzies act. soc. Linn. Lond.* 4. 71. *t.* 6. *f.* 1.
Pogonatum Magellanicum. *Palis. Beauv. aetheog.* 84.
Pogonatum semiangulatum. *Brid. bryol.* 2. 744.
Catharinea Magellanica. *Brid. bryol.* 2. 106.
Catharinea Pseudopolytrichum. *Raddi in Memor. di matemat. et fis. della Soc. Ital. Moden. tom.* 18. *pag.* 143. *t.* 18. *f.* 1.
Magellanischer Widerthon.

Habitat ad fretum Magellanicum, *in* Nova Seelandia *Menz. in montosis* Iozé Dio *et* Serra do Frade *pr.* Rio Janeiro; *Augusto fructiferum Beyrich, Pr. Raddi.*

Caulis *uncias duas ad sex longus, strictus, quandoque divisus, pone pedunculum innovans, qui exinde lateralis redidtur.* Folia *patula, siccitate stricta, lineari-lanceolata.* Pedunculi *2 vel 3 uncias longi.* Capsula *oblonga, laevis, iunior paulum inaequalis, erectiuscula, vetusta subcylindrica, horizontalis.* Peristomii dentes 64. Operculum *rostratum, capsula dimidia parum brevius.* Calyptra *subulata, latere fissa, glabra.* Florem ♂ *nondum vidi.*

33. POLYTRICHUM *Hercynicum.*

P. simplex, foliis serrulatis, capsula urceolata, operculo conico, calyptra sursum subpilosa.
P. Hercynicum. *Hedw. stirp. crypt.* 1. 40. *t.* 15. *suppl. musc.* 1. 2. 329. *Funk herbar. musc. t.* 51.
Catharinea hercynica. *Ehrh. Beiträge.* 1. 190. Catharinea Sudetic. Presl. delic. Prag. 1. 233.
Orthotrichum Hercynicum. *Hoffm. flor. German. crypt.* 25.
Atrichum Hercynicum. *Pal. Beauv. aetheog.* 42.
Oligotrichum Hercynicum. *Cand. fl. Gall.* 2. 492.
Catharinea sancta. *Brid. Mantiss.* 203. *bryol.* 2. 101.
Harzer Widerthon.

Habitat in ericetis montosis et alpestribus Germaniae, Galliae *et* Britanniae. ♃.

Caulis *simplex, ad summum uncialis.* Folia *erecta, apice ad costam serrulata: nervo basi tereti, integro, deinde in tres lamellas diviso, quarum una versus apicem obliteratur, duae perdurant: cellulis subquadratis in medio folio, parallelepipedis verticalibus in basi, parallelepipedis transversis versus apicem. Roehlingii descriptio nervi erronea est.* Pedunculus *uncialis.* Capsula *erecta* dentibus 32. Operculum *oonicum, capsulae tertiam fere partem aequans.* Calyptra *paucis pilis erectis, inferioribus longioribus, adspersa.*

Catharinea Sudetica *differt tantum calyptra glaberrima.*

34. POLYTRICHUM *undulatum.*

P. subsimplex, foliis undulatis tortilibus, capsula tereti-oblonga curvula, operculo convexo-mucronato, calyptra glabra.

P. undulatum. *Hedw. stirp. crypt.* 1. 43. *t.* 16. 17. *spec. musc.* 332. *Engl. Bot.* 1200. *Hook. Tayl. muscol. Brit.* 23. *t.* 10.

Bryum undulatum, antheris erectiusculis, pedunculis subsolitariis, foliis lanceolatis carinatis undulatis patentibus. *Linn. spec. pl.* 2. 1582.

Mnium undulatum. *Linn. meth. musc.* 364.

Catharinea Callibryum. *Ehrh. Hann. Magaz.* 1780. 934.

C. undulata. *Brid. bryol.* 2. 102.

Atrichum undulatum. *Palis. Beauv. aetheog.* 42.

Oligotrichum undulatum. *Cand. fl. Gall.* 1. 492.

Bryum phyllitidis folio rugoso acuto, capsulis incurvis. *Dill. musc.* 360. *t.* 40. *f.* 18.

Muscus erectus, linariae folio, maior. *Vaill. Paris.* 122. *t.* 26. *f.* 17.

β. minus, capsula ovata inaequali, peristomio longiore, foliis latioribus.

P. undulatum minus. *Roehling Moosgeschichte Deutschl.* 306. *Funk. herbar. musc. t.* 51.

Catharinea tenella. *Roehl. Ann. Wetterav.* 3. 284. *C.* Sudetica. *Steudel nomenclator crypt.* 101. *Brid. bryol.* 2. 104.

Wellenförmiger Widerthon.

Habitat in silvis rupestribus, umbrosis, ad muros, ubique vulgare in Europa, Asia *et* boreali America. *β. locis insolatis aut turfosis.* ♃.

Caulis *unciam saepe non aequans.* Folia *lanceolato linearia, spinoso-serrata: nervo basi tereti, simplici, deinde in lamellas tres diviso: cellulisque ut in praecedente.* Pedunculus *uncialis, in var. β. brevior.* Capsula *teretiuscula, incurva, in β. ovata cernua,* dentibus 32. Operculum *convexo-subulatum, capsula paullo brevius.*

35. POLYTRICHUM *angustatum.*

P. simplex, foliis undulatis tortilibus latinervibus, capsula teretiuscula curvula, operculo convexo rostrato, calyptra glabra.

P. angustatum. *Hedw. suppl. musc.* 1. 2. 331. *Brid. suppl. muscol.* 1. 79. *Hook. musc. exot. t.* 101. *Schultz flor. Stargard. suppl.* 88. *Funk herbar. musc. t.* 51.

P. cylindricum. *Mühlenberg. catal. pl. Amer. sept.* 99?

P. controversum. *Brid. l. c.* 78.

Catharinea angustata. *Brid. bryol.* 2. 105.

Atrichum controversum. *Palis. Beauv.* 47.

P. undulatum minus. *Michaux fl. bor. Amer.* 2. 295.

P. iuniperi foliis rugosis, capsulis rectioribus. *Dillen. musc.* 362. *t.* 46. *f.* 19.

Verengerter Widerthon.

Habitat in humosis Carolinae, Pensilvaniae. *Mühlenberg, et in* Neomarchia Germaniae. *Schulz.* ♃.

Caulis *semuncialis.* Folia *lanceolato-linearia, spinoso-serrata tortilia: nervo maximam folii partem explente, basi integro, deinde in lamellas novem aut septem valde prominulas diviso: cellulis subquadratis.* Pedunculus *sesquiuncialis.* Capsula *sub ore incrassata, dentibus* 32. Operculum *e convexo rostratum, capsulae dimidiae fere longitudine.* Calyptra *operculo parum longior, subulata, latere fissa.*

Valde simile speciminibus P. undulati *leptocarpis, sed nervo folii latissimo plicis praealtis distinguitur, qui in illo vix sextam latitudinis folii partem occupat.*

36. POLYTRICHUM *tenuirostre.*

P. simplex, foliis patulis integerrimis, capsula ovata basi punctata, operculo longo, calyptra glabra.

P. tenuirostre. *Hook. musc. exot. t.* 75. *Hedw. suppl. musc.* 2. 2. 16. *t.* 156.

Catharinea tenuirostris. *Brid. bryol.* 2. 101.

Dünnschnäbliger Widerthon.

Habitat in sinu Dusky Bay Novae Seelandiae. *A. Menzies.* ♃.

Caulis *semuncialis*, *erectus*, *simplex*. Folia *erecta vel patula*, *lanceolata*, *obtusa*, *carinata: cellulis subquadratis*, *ubique manifestis ut in praecedentibus nec inconspicuis*, *ut caeterorum Polytrichorum*. Pedunculus *triuncialis aut biuncialis*. Capsula *ovata*, *ore perangusto*, *aequalis*, *erecta: basi punctis impressis notata*. Peristomium *dentibus* 32. Columella *compressa*. Operculum *conicum*, *capsulae langitudine*, *rostro tenui*. Calyptra *subulata*, *latere fissa*.

37. POLYTRICHUM *laevigatum*.

P. simplex, foliis concavis subimbricatis integerrimis, capsula ovata cernua, operculo convexo-rostrato, calyptra glabra.

P. laevigatum. *Wahlenberg flor. Lappon.* 349. *t.* 22. *Hook. musc. exot. t.* 81. *R. Brown in Supplement. ad iter Parryan.* 115. *Hedw. suppl. musc.* 2. 2. 18. *t.* 157.

P. glabratum. *Wahlenbg. in Web. et Mohr Indice musaei.*

Catharinea glabrata. *Hook. iter Island.* 1. 24.

Psilopilon arcticum. *Brid. bryol.* 2. 96.

Geglätteter Widerthon.

Habitat in apricis alpinis et borealibus Lapponiae Tornensis, Islandiae *Pr. Wahlenberg.*, *Pr. Hooker*, *et* insula Melville Americae borealis. *C. Sabine*. ♃.

Caulis *semuncialis*, *simplex*, *raro innovatus*. Folia *quasi sexfariam imbricata*, *erecto-incurva*, *apicibus inflexis*, *ovata*, *acuta*, *margine ad apicem involuto: nervo crasso*, *lamellis prominulis undulatis*. Pedunculus *uncialis*. Capsula *saepe gibba*. Peristomium *in genere longissimum*, e dentibus 32. Epiphragma *planum*, *sed in centro elevatum in mucronem obtusum*. Operculum *e convexo rostratum*, *incurvatum*. Calyptra *subulata*, *latere fissa*, *capsula dimidio minor*.

II. DAWSONIA.

R. Brown act. soc. Linn. Lond. 10. 316. *t.* 3. *Nomen in honorem* Dawsoni Turner, Yarmouthensis, *inclyti fucorum et Hiberniae muscorum monographi*.

Peristomium *duplex similare*: ciliis *subulatis numerosissimis*: externum *capsulae orificio adnatum*; internum *basi membranacea columellam amplectens*.

Flos masculus *discoides*: foliis calycinis *difformibus*, *quibusdam inter stamina mixtis*.

1. DAWSONIA *polytrichoides*.

R. Brown l. c. Hooker musc. exot. t. 162. *Hedw. suppl. musc.* 2. 1. 175. *t.* 150. *Arnott. dispos. muscor.* 72.

Widerthonartige Dawsonia.

Habitat ad ripas subumbrosas rivulorum ad radices montium prope Portum Iacksonis. *R. Brown. G. Sieber.* ♃.

Caulis *erectus, uncias duas vel quatuor altus, simplex.* Folia *lanceolato-linearia, sparsa, patentia, siccitate suberecta, serrata, viridia, tritici repentis fere colore; nervo crasso in dorso folii.* Flos *masculus Polytrichi.* Vaginula *pilis paucis brevibus obsita.* Pedunculus *terminalis, biuncialis.* Capsula *fere horizontalis, semiteres, dorso canaliculata, margine utrinque prominulo: orificium circulare.* Peristomium *capsulae dimidiae longitudine, erectum: externi cilia numerosa, (plura quam* 64.), *protuberantiae annulari intra orificium capsulae adnata.* Peristomium internum *membrana duplex, humilis, basi connata ut simplex videatur, sed noscibili cellularum strato duplici: paullo altiori loco secedens in parietem interiorem brevissimum, apice denticulatum et parietem exteriorem in* cilia, *externi peristomii similia et longitudine aequalia. Intra* peristomii interni cilia *ascendit processus membranaceus subulatus, operculi apici firmiter adnatus, columellae apicem tangens ab eaque per maturitatem solutus,* epiphragmati *polytrichorum analogus.* Operculum *conicum, maxima sua cavitate peristomii cilia continens, supra hanc cavitatem angustius, capsulae dimidiae longitudine aequale, capsulaeque concolor.* Membrana interna *capsulae superiores trientes duas tantum neque arcte replet et innititur axi, basi bulboso, e pedunculi apice proveniente.* Columella *compressa, reticulata, e duplici membrana constans.* Semina *minuta.* Calyptra *rosea, vellere suo e pilis erectis capsula longior: eius pars interna membranacea capsula brevior, subulata, latere fissa.* Calyptra *minime duplex, nam impositi pili non cohaerent in alteram quasi membranam.*

Maturata capsula detrudunt cilia peristomii operculum ita, ut epiphragma huic adhaereat.

III. LYELLIA.

R. Brown act. soc. Linn. Lond. 12. 561. *Hook. musc. exot.* 1. 61.
Lyell, Anglus.

Peristomium *transversum coriaceum capsulam operiens in centro perforatum, quod foramen clauditur* epiphragmate *orbiculari coriaceo, (disco Brownii) columellae adnato.*

Flos masculus *terminalis discoides:* folia calycina *inter stamina miscens.*

1. LYELLIA *crispa.*

L. crispa. *R. Brown l. c. Hook. musc. exot. t.* 161. *Hedw. suppl. musc.* 2. 1. 171. *t.* 149.

Krause Lyellia.

Habitat frequens in regno Nipalensi Indiae. *Pr. Hooker. Taylor.* ♃.

Caulis *simplex, uncias duas ad decem altus.* Folia *sparsa, erecto-patula, apice saepe incurvo, lineari-lanceolata, siccitate tortilia: nervo maximam folii partem occupante, subtiliter striato, non vero lamellato: e viridi badia.* Flores masculi *polytrichi, magni, caule semel, raro pluribus vicibus innovante.* Vaginula *basi costulata, glabra.* Pedunculus *uncias duas, tres vel quatuor altus, apice recurvus.* Capsula *cernua, iunior erectiuscula, maturitate curvula, semiteres, dorso plano, marginibus ascendentibus, pone apicem cylindrica: clausa scuto coriaceo transverso, in centro perforato; basi punctis impressis notata.* Epiphragma *orbiculare, foraminis in scuto praesentis magnitudine, retractile, coriaceum, badium.* Operculum *e convexo rostratum, duplo fere longius quam latius, rostro inflexo, rarius reflexo.* Calyptra *subulata, latere fissa, basi late patens, glabra, apice subpilosa.* Epiphragma *ovatum, depressum.*

Capsulae *membrana interna apice circumdatur cingulo perforato, per quod protruditur columellae apex et occludit foramen scuti ope epiphragmatis in aëre humido, retrahitur epiphragma et aperitur foramen in aëre sicco, ut evolent semina.*

B. FAMILIA BUXBAUMIAE.

Musci acaules. Folia *rigida aut subnulla, nervo simplici (non lamellato).* Flores *terminales: masculi discoides.* Capsula, *e basi obconica erecta, declinata, ovata, dorso depresa, orificio ascendente, perangusta.* Peristomium *internum conus apertus, plicatus.* Membrana interna *filis adnata externae.* Calyptra *conica, integra (non fissa).*

BUXBAUMIA.

Haller hist. stirp. Helvet. 2. 83. *n.* 57.

Buxbaum Centuria plant. min. cogn. Petrop. 178 *etc.*

Peristomium *duplex:* internum *membrana conica plicata, apice pervia.*

Flos masculus *terminalis.*

1. BUXBAUMIA *aphylla.*

B. aphylla, pedunculo elongato. *Hall. Helvet.* 10. *Linn. amoen. acad.* 3. 78. *t.* 1. *Hedw. hist. musc.* 2. *t.* 3. *f.* 10. *t.* 9. *f.* 52. *Hook. Tayl. muscol. brit.* 84. *t.* 3. *Flora Lond. nov. ser. no.* 6. *R. Brown act. Linn.* 10. *p.* 319. *Greville act. soc. Werner. Edin.* 3. 442. *t.* 21.
B. caulescens. *Schmid. diss. de Buxbaumia. p.* 25. *sp.* 1.
Hippopodium aphyllum. *Roehling fl. Germ.* 3. 120.
Muscus capillaceus aphyllus, capitulo crasso bivalvi. *Buxb. cent.* 2. *p.* 8. *t.* 4. *f.* 2. *Dill. musc.* 477. *t.* 58. *f.* 5.
B. indusiata. *Brid. bryol.* 1. 331. *tab. suppl. II.*
Blattlose Buxbaumie.
Habitat ad terram arenosam aut humosam nudam aut minutis muscis adspersam in pinetis Europae *et septentrionalis* Americae, *hieme florens.* ⨀.

Caulis *vix ullus.* Folia *brevissima, subulata, squamiformia, vaginulam ovatam tegentia.* Pedunculus *uncialis, erectus, scaber.* Capsula *declinata, e basi obconica erecta, ovata, depressa, dorso plano, orificio perangusto ascendente, laevis.* Operculum *conicum, apice rotundato.* Annulus *coriaceus, cellularum internarum serie carens, in lacinias subsedecim truncatas partitus, persistens: peristomium externum dixerunt.* Peristomium *conicum, obtusum, erectum*: externum *in lacinias subulatas plurimas basi conflatas, basi extus coriaceas, badias, apicem versus membranaceas, albidas, interno peristomio longitudine subaequales divisus.* Peristomium *internum membrana plicata, plicis sedecim aut pluribus et lineis verticalibus, cellularum, caeterum non notabilium, limitibus pellucentioribus percursa, scabra, apice pervia, albida* (*iniuste epiphragmatis nomine diota in Bridel. bryol.* 2. *p.* 100.). Epiphragma *bulboso-subulatum, operculo longius aut huius apici aut in iuniore planta columellae apici adhaerens, solidum, caeterum Dawsoniae operculo non dissimile.* Membrana interna *bulbo pedicellato innixa, depressa, capsulae spatium non replens, eiusque membranae externe filis transversis adnata.* Columella *depressa, ovata, membranacea.* Semina *minuta, membranae internae adnata, badia.*

B. indusiata, *plerumque in lignis putridis nata, non differt nisi capsulae membrana externa magis flaccida, ita ut ubicunque diffracta fuerit, fracturae lacinias revolvat, adest neque* indusium *neque ulla alia partium structura diversa.*

2. BUXBAUMIA *foliosa.*

B. foliosa, capsula immersa; peristomio externo nullo.
B. foliosa. *Linn. syst. vegetabil.* 945. *Linn. iun. meth. musc.* 35. *t.* 1. *f.* 4. 1—16. *Hedw. fundam.* 2. *t.* 9. *f.* 51. *Flor. Dan. t.* 249. *f.* 3.

B. sessilis. *Schmid. diss. de Buxbaumia* 26. *sp.* 2.
Webera Diphyscium. *Ehrh. Beitr.* 1. 17. *et* 177.
Diphyscium foliosum. *Mohr obs. bot.* 34. *Hook. fl. Lond.* 6. *Engl. Bot.* 329.
Phascum acaulon. *α. Linn. sp. plant.* 2. 1570.
Sphagnum acaulon bulbiforme maius. *Dill. musc.* 251. *t.* 32. *f.* 11.
Muscus trichodes acaulos minor latifolius. *Pet. gaz.* 126. *t.* 95. *f.* 14.
Blättrige Buxbaumie.
Habitat ad terram nudam, ad aggeres humidos in silvaticis Europae *et* borealis Americae. ⊙.

Caulis *brevissimus, subnullus;* masculus *foliis lingulatis, solidinervibus obtusis brevior, femineus foliis superioribus e lanceolato cuspidatis. capsula longioribus.* Nervus *foliorum basi latissimus, non plicatus: cellulae maiores, subquadratae, dissepimentis crassis, directione variis.* Flos masculus *terminalis, foliis caulinis quintuplo brevior, bulbi speciem edit.* Folia *calycina ovata, acuta, intima enervia, albida sive coloris expertia.* Antherae *circiter octo, oblongae.* Paraphyses *filiformes, antheris paullo longiores, articulis vix longioribus quam latioribus.* Feminei floris paraphyses *paucissimae aut nullae.* Pistilla *copiosa,* ad *apicem vaginulae elevanda.* Vaginula *ovata, turgida, crassa, arcte pedunculum involvens, pallide viridula.* Pedicellus *vix lineam e vaginula emersus, tenuis.* Capsula *forma* aphyllae, *sed multo tenuior, pellucens et virens aut flavescens.* Operculum *conicum, acutum.* Calyptra *conica, peristomio vix longior, latere baseos fissa.* Annulus *et* peristomium externum *nullum.* Peristomium internum *et* caetera *antecedentis.*

C. FAMILIA MNII.

Musci erecti, subsimplices, plurimi stoloniferi, magni, Folia *rariuscula, patentia, lata, cellulis subrotundis: terminalia in rosulae formam patentia.* Flores discoides, genitalibus *et* paraphysibus *plurimis aut paucis,* foliis calycinis, *quae erecta et caulinis octuplo minora sunt, cincti.* Pedunculi *longi.* Capsulae *aequales, raro subcernuae, pendulae.* Calyptra *subulata, latere fissa.* Peristomii externi dentes *incurvi.* Peristomium internum *membrana crassa, lutea, fissa in* dentes, *interpositis* ciliis.

I. CINCLIDIUM.

Swartz in Schrad. diar. bot. 1802. *p.* 17. *t.* 2.

a κιγκλις, *cancellus.*

Peristomum *duplex:* externum dentibus *sedecim liberis acutis conniventibus:* internum membrana *conica, sedecies perforata.*

Flos *terminalis, discoides, hermaphroditus.*

1. CINCLIDIUM *stygium.*

C. stygium. *Swartz l. c. Hedw. suppl. musc.* 1. 2. 85. *t.* 67. *Wahlenberg flor. Lappon.* 355. *Flor. Dan.* 8. *t.* 1422. *Funk herbar. musc.* 45. *t.* 28.

Meesia stygia. *Brid. muscolog. II.* 3. 172.

Nordisches Gittermoos.

Habitat magnis caespitibus in paludosis profundis Sueciae borealis, Upsaliae, *in paludosis silvaticis* Lapponiae Umeensis *prope* Knaftan, *in* Megapolitano prato Falkenjäger Wiese *pr. oppidum* Wahren *et* Rövershagen, *in alpe* Retschütz Carinthiae, *Funk. Iunio fructiferum.* ♃.

Planta *palmaris.* Caulis *ad quatuor uncias altus, inferne radiculis ramosis brevibus tectus, apice quandoque ramosus aut simplex.* Folia *rariuscula, obovata, acumine brevi, solidinervia, integerrima, cellulis subrotundis, basilaribus parallelogrammis.* Flores *hermaphroditi:* foliis *intimis duobus, altero lanceolato: cuspide brevi, per nervum emergentem formata.* Paraphyses *filiformes, articulo ultimo quandoque crassiore, globoso.* Vaginula *teres.* Pedunculus *biuncialis, apice sensim incrassatus inflectitur, et abit in* capsulae *inferiorem partem hemisphaericam solidam et saturatius coloratam: altera et superior pars capsulae ovata, pellucida est, constat e tenuiore membrana. Totius* capsulae *forma pyriformi-ovata, aequalis, pendula.* Membrana interna *quodam pedicello insistit parti inferiori capsulae solidae et superius cavitatem capsulae replet.* Columella *crassa, membranacea.* Operculum *hemisphaericum, mucronulatum.* Calyptra *subulata, latere fissa, paullum brevior quam capsula.*

Peristomii externi dentes *lanceolati, transversum sulcati, foramina interioris peristomii apice suo non superantes.* Interni peristomii membrana *conica, lutea, radiis sedecim inter externorum dentium interstitia insinuatis, (non contra dentes oppositis, ut Bridelius ait, suppl. muscol.* 3. 106.), *e cellularum seriebus quadraginta octo composita, apice integra, umbraculum quasi sistens: foramina oblonga.*

II. MNIUM.

Dillen. hist. musc. 229.

a μνιον, muscus. nomen nec genus Dillenianum.

Peristomium *duplex:* externum *dentibus sedecim liberis rigidis:* internum membrana *sulcata lutea crassa, fissa in incurvos* dentes *externis oppositos et* cilia.
Flos *terminalis;* masculus *discoides.*
Calyptra *subulata, latere fissa.*
Capsula *aequalis, laevis.*

Caules *erecti, quorundam alii steriles, procumbentes, radicantes.* Folia *subrotunda, oblonga, raro lanceolata, marginata, cellulis subrotundis, patula.* Flores *exigui, calycibus erectis, cincti foliis caulis terminalibus magnis, patentibus.* Pedunculi *longi, quibusdam aggregati.* Capsula *pyriformis, aequalis, raro inaequalis, pendula.*

1. *Foliis marginatis, nervo continuo aut emergente.*

1. MNIUM *roseum.*

M. foliis stellatis obovato-lanceolatis marginatis serrulatis, capsulis subaggregatis pendulis ovatis, operculo conico.
M. roseum. *Hedw. suppl. musc.* 1. 2. 185.
M. serpyllifolium γ. proliferum, pedunculis aggregatis, foliis rosaceo-congestis lanceolatis acutis. *Linn. spec. pl.* 2. 1578.
Bryum roseum, *Schreb. spicil. fl. Lips.* 84. *Engl. Bot. t.* 2395. *Hook. Tayl. britann.* 120. *t.* 29.
Bryum roseum Domingense, *var. Brid. bryol.* 1. 698.
Bryum stellare roseum maius, capsulis ovatis pendulis. *Dill. musc.* 411. *t.* 52. *f.* 77.
Muscus stellaris roseus. *Buxb. cent.* 2. *p.* 2. *t.* 1. *f.* 3. *Morison. hist.* 3. *p.* 690. *s.* 15. *t.* 7. *f.* 9. *fruct. non convenit.*
Rosenförmiges Sternmoos.
Habitat in silvis umbrosis ad terram in Europa *et boreali* America regnoque Nipal Indiae or., *rarius fructiferum.* ♃.

Caulis *repens, ramos exserens erectos, simplices, foliorum stellam unam aut alteram superiorem gerens; caeterum nudus.* Folia *oblongo-lanceolata, cuspidata, nervo emergente serrata.* Capsula *inaequalis, ovata. Variat magnitudine foliorum, ut maius sit in* Europae borealis *subalpinis, minus in* India.

2. MNIUM *Umbraculum.*

M. foliis stellatis obovatis cuspidatis plicatis serratis rigidis carnosis, capsula tereti-oblonga pendula.

M. Umbraculum. *Hedw. suppl. musc.* 2. 1. *p.* 21. *t.* 158.

Bryum Umbraculum. *Hook. musc. exot. t.* 138. *et Burchell. ms.*

Schirmförmiges Sternmoos.

Habitat ad terram in umbrosis silvarum densarum Antennigualand Africae australis. *D. Burchell.* ♃.

Caulis *repens, biuncialis*, ramis *erectis.* Folia *stellata, obovata, plicis e margine ad basin fere penetrantibus, marginata, grosse serrata, rigida et quasi carnosa, nervo in cuspidem exeunte.* Flores *dioeci:* antherae *turgidae, obovatae;* paraphyses *filiformes.* Capsula *aequalis.*

Rigiditate partium et foliis e basi plicatis ab omnibus Mniis diversum.

3. MNIUM *giganteum.*

M. foliis stellatis obovato-acuminatis cuspidatis argute serratis, capsula tereti curvata, operculo conico.

M. giganteum. *Hedw. suppl. musc.* 2. 1. 20. *t.* 158.

Bryum truncorum. *Brid. bryol.* 2. 699.

Riesenartiges Sternmoos.

Habitat in regno Nipal Indiae, *P. Hooker, in* Javae monte Patsia *P. Reinwardt in* Brasiliae Sierra de Este. *Beyrich.* ♃.

Caulis *primarius repens, palmaris, aliquoties divisus, et ut rami basi aphyllus:* rami *uncias duas tresve longi, erecti, fasciculo primo florifero elongati in alterum, aut in ramos duos longos, divaricatos.* Folia *unguicularia, serrata, dentibus argutis, saepe duplicibus iuxta se positis.* Antherae *filiformes et* paraphyses *capillares.* Pedunculi *plerumque aggregati, triunciales.* Capsula *teres, basi in quandam quasi apophysin elongata, curvata, horizontalis.* Operculum *conicum, acutum.*

4. MNIUM *Commersoni.*

M. foliis obovatis acuminatis nervo cuspidatis ciliato-serratis: terminalibus stellatis.

M. Commersoui. *Hedw. suppl. musc.* 1. 2. 134. *t.* 80.

Commersons Sternmoos.

Habitat in insula Borbonis. *Pr. Thouin.* ♃.

Caulis *probabiliter repens:* rami *erecti, a basi sparsim foliosi:* folia *terminalia stellata*, omnia obovata, *nudo oculo ciliata, quae cilia armato oculo cernuntur esse filiformi-subulata, longissima, solitaria,* ut *differant constanter a dentibus triangularibus aut e latiore basi subulatis, saepe geminatis* Mnii gigantei.

5. MNIUM *undulatum*.

M. stoloniferum, foliis lingulatis cuspidatis marginatis serratis undulatis, pedunculis aggregatis, operculo convexo mucronulato.

M. undulatum. *Hedw. spec. musc.* 195. *suppl. muscor.* 1. 2. 135.

M. *proliferum.* δ. *undulatum*, pedunculis aggregatis, foliis oblongis undulatis. *Linn. spec. pl.* 2. 1578.

Bryum ligulatum. *Schreb. spicil. fl. Lips.* 84. *Hook. Tayl. muscol. Brit.* 126. *t.* 30. *Engl. Bot.* 1459. *Mougeot et Nestl n.* 420.

Bryum dendroides polycephalum, phyllitidis folio undulato pellucido, capsulis ovatis pendulis. *Dill. musc.* 410. *t.* 52. *f.* 76.

Muscus roseus polycephalus, linariae foliis undulatis. *Vaill. paris.* 135. *t.* 24. *f.* 3. *Mich. gen.* 108. *t.* 59. *f.* 5.

Wellenblättriges Sternmoos.

Habitat in umbrosis humidis orbis antiqui. ♃.

Caulis *repens, rami fructiferi tripollicares, erecti, steriles declinati.* Folia *in ramis sparsa, in apice fructiferorum congesta, unguem longa, lingulata, cuspidata, a nervo usque ad marginem transversim undulata, marginata, argute serrata.* Flores *dioeci: masculi stellati, maximi et oblongis antheris innumeris: illi* paraphysibus *apice clavatis.* Fructus *oblongi, penduli.* Operculum *mucrone brevissimo.* Calyptra *flavescens.*

6. MNIUM *punctatum*.

M. stoloniferum, foliis subrotundis solidinervibus marginatis subintegerrimis, capsulis subaggregatis ovatis pendulis, operculo rostrato.

M. punctatum. *Hedw. suppl. musc.* 1. 2. 137.

M. serpyllifolium punctatum, pedunculis aggregatis, foliis obovatis integerrimis obtusis punctatis. *Linn. spec. pl.* 2. 1577.

M. ellipticum. *Hoffm. fl. Germ. crypt.* 52.

Bryum punctatum. *Schreb. spicil. fl. Lips.* 85. *Hook. Tayl. muscol. brit.* 125. *t.* 30. *Engl. Bot.* 1185. *Funk crypt. fasc.* 14. *n.* 292.

Bryum (Polla) elliptica. *Brid. bryol.* 1. 705. *secundum specimina omnino.*

Bryum pendulum, serpylli folio rotundiore pellucido, capsulis ovatis. *Dill. musc.* 416. *t.* 53. *f.* 87.

Muscus folio lato subrotundo, capitulo singulari nutante, pediculo longo subrubenti insidente. *Vaill. Paris.* 136. *t.* 26. *f.* 5. *Morison hist.* 3. *p.* 627. *s.* 13. *t.* 6. *f.* 39. 40.

Punctirtes Sternmoos.

Habitat in umbrosis humidis et graminosis Europae, Asiae borealis, Camtschatca, *et* australis, Nipal, *in* Madagascar, Pensilvania, ins. Martinicensi, *vere fructiferum.* ♃.

Caulis *repens, biuncialis, ramos steriles longiores foliis remotis exserens: rami fructiferi erecti, foliis alternis subrotundis, integerrimis: nervo continuo sed non emergente.* Flores *masculi discoides, subrotundi:* paraphyses *filiformes.* Pedunculus *sesquiuncialis.* Capsula *parum pendula, ovata.* Operculum *e convexo rostratum, rostro filiformi, capsula dimidia fere brevius.*

7. MNIUM *cuspidatum.*

M. flagelliferum, foliis sparsis obovatis acuminatis solidinervibus marginatis serratis, capsula subsolitaria pendula, operculo convexo.

M. cuspidatum. *Hedw. spec. musc.* 192. *exclusa var.* β. *et icone. Ej. suppl. musc.* 1. 2. *p.* 134.

Bryum cuspidatum. *Schreb. spicil. flor. Lips.* 81. *Engl. Bot.* 1474. *Hook. Tayl. muscol. brit.* 127. *t.* 30. *Brid. bryol.* 1. *p.* 701.

Polla (Mnium) densifolia. *Brid. bryol.* 1. 855. *ex Andibus.*

Bryum pendulum, foliis variis pellucidis, capsulis ovatis. *Dill. musc.* 413. *t.* 53. *f.* 79. *A—L.*

Gespitztes Sternmoos.

Habitat in umbrosis humidis Europae borealis et polaris Americae, *D. Richardson*, Indiae or. *P. Hooker*, *et* novae Seelandiae, *Menzies. Vere fructiferum.* ♃.

Caulis *sterilis declinatus, foliis remotis, subdistichis; florifer erectus, semuncialis.* Folia *decurrentia, obovata, serrata, dentibus antrorsum versis, acutis.* Flores *stellati, contra morem generis hermaphroditi;* folia calycina *caulinis quadruplo minora.* Paraphyses *filiformes.* Pedunculus *sesquiuncialis.* Capsula *ovata.* Operculum *breve.* Peristomii *externi dentes in iuniore planta lutescentes, in vetustiore badii: interni* membrana *badia, ut multorum Mniorum, intra dentes duplici foraminum serie ad basin usque cribrosa.* Annulum *desidero.* Calyptra *pallida.*

Variat in Indiae Nipal *et* America alpina tropica *caule post florem bis terve innovante, quod est* ramosissimum, *hb. Hookeri*; *et* Polla densifolia *Brid.*, *specie nullo modo diversum.*

8. MNIUM *affine*.

M. flagelliferum, foliis sparsis obovatis acuminatis solidinervibus marginatis serrato-ciliatis, capsulis aggregatis, operculo convexo.

M. affine, *Blandow musc. exsicc.* 3. *t.* 135. *Hedw. suppl. musc.* 1. 2. *p.* 134. *spec. musc.* 193. *t.* 45. *Mnium cuspidatum* β. *et icon.*

M. proliferum cuspidatum, pedunculis aggregatis, foliis alternis acutis serratis. *Linn. spec. pl.* 2. 1577. *excluso synonymo Dillen. fig.* 79. *A—L.*

Bryum ciliare. *Greville act. musei Noviborac.* 1825. *p.* 274. *t.* 23.

Bryum pendulum, foliis variis pellucidis, capsulis ovatis. *Dill. musc.* 413. *t.* 53. *f.* 79. *M.*

Verwandtes Sternmoos.

Habitat in pratis spongiosis, profundis et in montibus altioribus, in Europa media *Blandow.*; *in* Pensilvania, Carolina *et* Canada *Michaux, Dr. Greville. Aestate et vere fructiferum.* ♃.

Saepe *quadriunciale, sed differt a praecedente non semper statura maiore, et pedunculis aggregatis, nam Grevilliana et alia specimina solitarios habent, Michauxiana a radice ad capsulam unciam sexquitertiam non superant*, sed foliis *ciliato-dentatis, dentibus subulatis articulatis, sive e cellulis binis trinisve seriatis compositis, qui in* cuspidato *latiores*, e simplici aut unico obliquo *dissepimento divisi sunt.* Flos *magnus, foliorum patentium apicibus semunciam metiens.* Paraphysis *filiformis.* Capsulae *ovatae, pendulae.* Annulum *desidero.* Calyptra *pallida.*

9. MNIUM *rostratum*.

M. flagelliferum, foliis oblongis obtusis nervo cuspidatis marginatis serrulatis, capsula subsolitaria pendula, operculo rostrato.

M. rostratum. *Hedw. suppl. musc.* 1. 2. 136. *t.* 79. *Funk herbar. musc. t.* 33. *Crypt. fasc.* 19. *n.* 357.

M. ellipticum. *Hoffm. flor. German. crypt.* 52. *Palis. Beauv. aetheog.* 75. *Brid. muscolog. suppl.* 3. *et sub Bryo bryolog.* 1. 706.

Bryum rostratum. *Schrad. spicil. fl. Germ.* 72. *Hook. Tayl. musc. brit.* 126. *t.* 30. *Engl. Bot. t.* 1475. *Mougeot et Nestl. n.* 419.

Bryum pendulum serpilli folio longiore pellucido, capsulis oblongis cuspidatis. *Dill. musc.* 416. *t.* 53. *f.* 30.

Geschnäbeltes Sternmoos.

Habitat in silvaticis rupestribus Europae, Asiae, *in* Unalaschka *D. Chamisso*, Americae borealis *et* polaris *D. Richardson*, *in* Monte Video Brasiliae, *in* Iavae monte Mulawar *Pr. Reinwardt*, *in* Indiae Nipal, *vere fructiferum.* ♃.

Mnio *cuspidato simile sed minus.* Folia *remota, ad apicem caulis stellata, obovata aut ovato-lingulata, marginata, obtuse serrulata, undulata.* Flores *dioeci vel monoeci.* Antherae *decem.* Paraphyses *filiformes.* Capsula *horizontalis, demum pendula, ovata.* Peristomium *externum virescens, internum badium, ciliis inter dentes his brevioribus, binis.* Annulus *nullus.* Operculum *conico-rostratum, capsula dimidia longius.* Calyptra *straminea.*

10. MNIUM *spinosum.*

M. foliis ovato-lanceolatis solidinervibus marginatis geminato-spinosis, capsulis aggregatis pendulis, operculo rostrato.

M. spinosum. *Hedw. suppl. musc.* 1. 2. 130. *t.* 78. *Funk herbar. musc. t.* 33.

Bryum spinosum. *Voit in Sturmii flor. Germ. crypt. fasc. XI. t.* 16. *Brid. bryolog.* 1. 701. *excluso synonymo Dillenii et Hedwigii spec. musc.* 143. *t.* 45. *f.* 7.

Dorniges Sternmoos.

Habitat in pinetis humidis Germaniae mediae *et* Helvetiae, *vere florens. D. Voit.* ♃.

Simile Mnio rostrato et *minori* affini. Caulis *sexquiuncialis.* Folia *inferiora ovata, superiora obovata,* per omnem marginem *dentibus geminatis altero iuxta* alterum positis. Genitalia *copiosa* et pedunculi *ex eodem calyce duo ad sex.* Paraphyses *filiformes.* Capsula *tereti-oblonga, pendula.* Peristomium *internum ciliis geminis dentes aequantibus.* Annulus. Calyptra *e stramineo fusca.*

11. MNIUM *lycopodioides.*

M. simplex, foliis sparsis lanceolatis ovatis cuspidatis marginatis serratis, capsula teretiuscula nutante, operculo rostrato.

M. lycopodioides. *Hedw. suppl.* 2. 2. 1. 24. *t.* 160.

Bryum lycopodioides. *Hook. ms.*

Habitat in India orientali. *Pr. Hooker.*

Caulis *simplex, uncias tres vel quatuor altus.* Folia *remotiuscula, lanceolata; superiora lineari-lanceolata, argute serrata, glauco-viridia:* nervo *cuspidem sistente.* Pedunculus *sexqui-*

uncialis. Capsula *basi attenuata.* Operculi *rostrum tenue, obtusum, capsulae dimidiae longitudine.* Peristomii interni cilia *solitaria.*

Simile Mnio horno, *quod differt foliis ruptinervibus et operculo convexo.*

12. MNIUM *latifolium.*

M.? caule longo subsimplici, foliis ovato-subrotundis solidinervibus marginatis subdenticulatis concavis.

M. latifolium. *Hedw. suppl. musc.* 1. 2. 138.

Breitblättriges Sternmoos.

Habitat in Helvetia, *Schleicher, et in* Pyrenaeis. ♃.

Caules *tres, quatuor uncias longi, debiles, erecti.* Folia *inferiora remota, summa erecto-imbricata, concava, obtusiuscula; margine flavescente: nervo crasso, ferrugineo, non emergente; cellulis subrotundis.* Fructus *ignoti.*

2. *foliis marginatis ruptinervibus, sive nervo ad apicem evanescente.*

13. MNIUM *hornum.*

M. foliis lanceolatis acutis marginatis serratis rupti-nervibus, capsula nutante, operculo convexo mucronulato.

M. hornum. *Hedw. suppl. musc.* 1. 2. 128. *Linn. sp. pl.* 2. 1577. *Funk herb. musc. t.* 32. *crypt. fasc.* 3. *n.* 58. *Mougeot et Nestler. crypt. n.* 34. *Sturm. flor. Germ. crypt. II.* 5. *Curtis fl. Lond. t.* 48. *Engl. Bot.* 2271.

Bryum hornum. *Schreb. spicil. fl. Lips.* 83. *Hook. Tayl. muscol. Brit.* 127. *t.* 26.

Bryum stellare hornum sylvarum, capsulis magnis nutantibus. *Dill. musc.* 402. *t.* 51. *f.* 71.

Muscus capillaceus maior stellatus. *Vaill. Paris. t.* 24. *f.* 4. 5. *Morison hist.* 3. *p.* 630. *s.* 15. *t.* 6. *f.* 3. 4.

Heuriges Sternmoos.

Habitat in umbrosis, silvaticis, rupestribus, alpinis, humilius in calcareis Europae, Americae borealis *et* calidioris, *vere fructiferum.* ♃.

Caulis *subsimplex, unciam unam ad quatuor altus.* Folia *lanceolata, superiora ovato-lanceolata, margine crasso, serrato, nervo proxime ad apicem evanescente, dorsi quandoque dente arguto uno vel altero.* Flores *dioeci*: masculus *pollicis quadrantem latus, speciosus, in centro ovatus.* Folia calycina

(brevissima) pauca vel nulla. Antherae *plurimae, angustae.* Paraphyses *clavatae, apice demum subulatae, articulis superioribus brevioribus.* Pedunculus *unciam unam aut duas longus.* Capsula *nutans aut pendula, ovata.* Peristomium internum *luteum, ciliis trinis.* Calyptra *straminea.*

14. MNIUM *serratum.*

M. foliis lanceolato oblongis ruptinervibus crasse marginatis serratis, capsula nutante, operculo brevirostri obtuso.

M. serratum. *Hedw. suppl. musc.* 1. 2. 128. *t.* 78. *Funk hb. muscor. t.* 32.

Bryum marginatum. *Dickson crypt. Brit.* 2. *p.* 9. *t.* 5. *f.* 3. *Turn. muscol. hib.* 129. *Hook. Tayl. muscol. Brit.* 26. *t.* 31. *Engl. Bot.* 1493.

Bryum serratum. *Schrad. spicileg. fl. Germ.* 71. *Ej. plant. crypt fasc. I. p.* 15. *n.* 68.

Bryum orthorhynchum. *Brid. bryol.* 2. 691. *et sub Mnio Muscolog. suppl.* 3. 45.

β. foliis ovatis latioribus, paraphysibus clavatis, flore dioeco.

γ. tenerius, operculi rostro breviore, diametrum operculi aequante.

Habitat in silvaticis et alpinis Europae, *in* Pensilvania, Unalaschka, *Aprili et aestate fructiferum.* ♃.

Caules *unciales aut sexquiunciales, dense congesti.* Folia *rigidiora in depressis, molliora in umbrosis et alpinis, saepissime oblongo-lanceolata, interdum latiora, margine crassiore quam in praecedentibus: dentibus validis, rarissime duplicatis, glaucoviridia:* nervo *proxime ad apicem evanescente, rarius emergente.* Paraphyses *filiformes, articulis supremis brevioribus quam latioribus et in var. β. caeteros crassitie superantibus.* Capsula *ad horizontem spectans, ovata, subcernua.* Operculum *e convexo brevirostre, rostro interdum recurvo, obtuso.* Peristomii interni cilia *bina vel trina.* Calyptra *lutescens.*

Mnium orthorhynchum *Brid. e speciminibus Blandowii inventoris est nostrum, loco aprico natum; operculo paullo longiore.*

15. MNIUM *heterophyllum.*

M. caule radicante, foliis oblongo-lanceolatis ruptinervibus crasse marginatis serratis, capsula nutante, operculo convexo mucronulato.

M. heterophyllum. *Hedw. suppl. musc.* 2. 2. 1. 22. *t.* 159.

Bryum heterophyllum. *Hooker act. soc. Linn. Lond.* 9. 318. *t.* 28. *f.* 1.

Habitat in regno Nipal, *P. Hooker.* ♃.

Praecedenti simile, sed operculum *constanter non rostratum, sed convexum, umbone minimo, obtuso, per siccitatem acuto.* Caulis *biuncialis, basi decumbens et saepe radicum fasciculo edito geniculatus, dein ascendens.* Folia *infima ovata, superiora angustiora, quaedam nervo vix evanescente.* Flores *dioeci:* masculi *hemisphaerici.* Antherae *copiosae.* Paraphyses *filiformes, articulis supremis brevioribus.* Pedunculus *uncia paullo longior, aut semuncialis.* Capsula *fere horizontalis, oblonga:* peristomii interni dentium *crura valde divergentia:* cilia *trina, dentes aequantia.* Annulum *desidero.* Calyptra *capsulam fere aequans, badia, nitens.*

3. *foliis vix marginatis.*

16. MNIUM *stellare.*

M. foliis oblongis acuminatis ruptinervibus serratis immarginatis, capsula nutante, operculo convexo.

M. stellare. *Hedw. spec. musc.* 191. *t.* 45. *f.* 1—4. *Funk hbar. musc. t.* 32. *Timm. fl. Megapol. n.* 846.

Bryum stellare. *Roth fl. German.* 3. 240.

Bryum stellare roseum pendulum minus, capsulis et setis longioribus. *Dill. musc.* 412. *t.* 52. *f.* 78.

Habitat in umbrosis, rupestribus Europae temperatae, *vere florens.* ♃.

Caulis *semuncialis, subramosus.* Foliorum *nervus ante apicem evanescens, ruber, dentes facile conspicui, sed obtusiusculi,* cellulae *basilares et terminales magnitudine aequales, subcirculares,* margo *folii subnullus,* color *glauco-virens.* Flores *dioeci, disciformes:* paraphyses *filiformes.* Pedunculus *uncialis aut maior.* Capsula *horizontalis, oblonga.* Operculum *convexum, fere conicum, obtusum.* Peristomium internum *membrana lutescens:* dentes *lacunis minoribus, subrotundis:* cilia *subsolitaria, dentium longitudine.* Calyptra *luteobadia.*

17. MNIUM *cyclophyllum.*

M. caule humili subramoso, foliis remotis subrotundis integerrimis ruptinervibus, capsula pendula.

M. cyclophyllum. *Hedw. suppl. musc.* 2. 2. 160. *t.* 194.

Bryum tortifolium. *Brid. bryol.* 1. 844.

Habitat ad piscinas exsiccatas arenosas montis Piniferi Bavarici. *Funk.* ♃.

Caulis *semuncialis*, *parce foliosus*, *subramosus*; masculus *simplex*. Folia *amplexicaulia*, *patentia*, *amoene viridia*: *nervo crasso*, *versus apicem evanescente*. Flos masculus *subrotundus*, foliis calycinis *quatuor*, *triplo minoribus quam caulina*. Paraphyses masculae *clavatae*, femineae *filiformes*. Pedunculus *uncialis*. Capsula *oblonga*, *pendula*. Peristomii interni *cilia gemina*. Operculum *convexum cum mucrone*.

III. PEROMNION.

Hedwig suppl. musc. 3. *t.* 250.
πηρος, *mutilus*, *mancus*.

Peristomium *duplex*: externum *dentibus sedecim*, *quibusdam apice connatis*; internum *membrana hyalina*, *apice fatiscens*.

Flores *terminales*, *disciformes*, *dioeci*.

Capsula *aequalis*, *laevis*.

1. PEROMNION *radiculosum*.

Hedw. suppl. 3. *t.* 250.

Habitat ad ligna putrida in silvis Brasiliae, Novi Friburgi. *Beyrich.* ♃.

Habitus Mnii. Caulis *sexquiuncialis*, *erectus*, *ramosus et innovans*, *a basi tectus tomento denso*, *appresso*, *fusco*. Radices *longae*, *capillares*. Folia *patulo-erecta*, *obovata*, *marginata*, *denticulata*; *feminei caulis paullum undulata*, *pallide viridia*, *demum rufescentia*: *nervo in cuspidem exeunte ferrugineo*: *cellulis subrotundis*. Flores *dioeci*; masculi *foliis cingentibus quadruplo minores*, *oblongi*; folia *erecta*, *ovato-acuminata*, *subintegerrima*, *nervo versus apicem evanescente*. Antherae *totidem*, *ovatae*, *turgidae*. Paraphyses *filiformes*. Feminei floris folia *lanceolato-acuminata*, *nervo continuo*. Paraphyses *filiformes*. Pedunculus *sexquiuncialis*. Capsula *erecta*, *tereti-oblonga*, *subinaequalis*, *laevis*, *badia*. Peristomium *erecto-incurvum*, *capsulae diametri transversae fere altitudine*, *albidum*: dentes externi *lanceolati*, *obtusiusculi*, *quidam apice connati*, *transverse sulcati*, *turgidi*, *albidi*: internum membrana *tenuis*, *pallida*, *fatiscens*, *ut dentibus externis non triente brevior sit*, *apicis margine sub-eroso*. Calyptra *subulata*, *latere fissa*.

Peromnion *quoad flores et caulem est* Mnium, *quoad peristomii interni teneritatem et colorem* Webera *foret, si dentes et cilia adessent.*

IV. PALUDELLA.

Ehrhart phytophylac. n. 96.

Peristomium *duplex:* externum *dentibus sedecim:* internum *membrana fissa in dentes sedecim carinatos, externos aequantes.*

Flores *terminales*, masculus *disciformis.*

Capsula *inaequalis*, *laevis.*

1. PALUDELLA *squarrosa.*

P. squarrosa. *Brid. bryol.* 2. 1. *Hedw. suppl. musc.* 2. 2. *p.* 28. *t.* 161.

Bryum squarrosum antheris obliquis, foliis quinquefariam imbricatis recurvis, caule ferrugineo tomentoso. *Linn. spec. pl.* 2. 1585. *Hedw. spec. musc.* 166. *t.* 44. *f.* 6—11. *Funk herbar. musc.* 50. *t.* 31. *Blandow. musc. exsicc. fasc.* 3. *n.* 128.

Mnium squarrosum. *Linn. meth. musc.* 364.

Orthopyxis squarrosa. *Palisot Beauv. aetheog.* 79.

Hypnum Paludella. *Web. Mohr. crypt. Germ.* 274.

Muscus palustris, foliis reflexis cauliculos quinquangulos formantibus. *Buxbaum cent.* 4. 36. *t.* 65. *f.* 1.

Sparriges Sumpfmoos.

Habitat in turfosis depressis Scandinaviae, Rossiae, Germaniae borealis, Saxoniae, *raro fructiferum aestate.* ♃.

Caespites *latissimi, densi, facile tamen solubiles.* Radix *basilaris et in caulem alte ascendens, fusca.* Caulis *uncias duas tresve longus*, femineus *simplex*, *bis*, *ad summum ter divisus:* masculus *dichotomus.* Folia *sparsa*, *ovata*, *acuta*, *vix dentata*, *reflexa*, *flavescente-viridia: nervo ad extremum apicem evanescente*, *cellulis subrotundis*, *basilaribus linearibus.* Flores masculi foliis *erectis vel apice recurvis.* Antherae *innumerae, fastigiatae, luteae.* Paraphyses *antheris trientem longiores, subclavatae, flavae.* Floris feminei folia *ovato-lanceolata*, *solo apice reflexa*, *exteriora caulinis longiora.* Vaginula *ovata.* Pedunculus *biuncialis*, *erectus.* Capsula *erectiuscula*, *ovata*, *inaequalis*, *laevis*, *badia.* Peristomii externi dentes *lanceolato-lineares, sulcis subtriginta transversis, siccitate inter internos inflexi, lutei:* interni membrana

profunde fissa, minus evidenter reticulata, albida; dentes *erecti, lineares, carinati, lacunis quatuor ad sex filiformibus.* Operculum *conicum, badium.*

V. AULACOMNION.

Hedw. suppl. 3. 1. *t.* 215.
Gymnocephalus Hedw. suppl. 1. 2. 87.
Mnium Dill. Linn.
ὁ αὖλαξ, stria, ob capsulam.

Peristomium *Mnii.*
Flores *dioeci, terminales.*
Capsula *inaequalis, sulcata.*

Caules *longi, erecti, ramosi: rami quidam denudati apice globiferi aut proliferi.* Folia *densa, lanceolata, ruptinervia: cellulis rhomboidibus, sive subrotundis.* Flores *caule foliato crassiores.* Pedunculus *erectus, caule brevior.* Capsula *ovata, obliqua, inaequalis, sulcata.* Operculum *conicum.* Calyptra *subulata.*

1. AULACOMNION *palustre.*

A. caule dichotomo fastigiato, foliis lanceolatis subsolidinervibus.

A. palustre. *Hedw. suppl. musc.* 3. 1. *t.* 126.

Mnium palustre, caule dichotomo, foliis subulatis. *Linn. spec. plant.* 2. 1574. *Schmid. ic. pl. rar. t.* 56. *f.* 2. *Hedw. spec. musc.* 188. *suppl. musc.* 1. 2. 122.

Bryum palustre. *Web. spicileg. fl. Gött.* 123. *Hook. Tayl. muscol. brit.* 115. *t.* 28. *Engl. Bot. t.* 391. *Moug. Nestl. crypt. n.* 135. *etc.*

Bryum sphagni. *Brid. bryol.* 1. 852.

Orthopyxis palustris. *Palisot Beauv. aetheog.* 79. *Act. soc. Linn. Paris.* 1. *t.* 7. *f.* 4.

Mnium reclinatum. *Smith act. soc. Linn.* 7. 261. *secundum Arnott. synops. musc.* 44.

Mnium maius, ramis longioribus bifurcatis. *Dill. musc.* 233. *t.* 37. *f.* 3.

Mnium maius, minus ramosum, capitulis pulverulentis crebrioribus. *Dill. musc.* 235. *t.* 31. *f.* 4. (♂) *Brid. bryol.* 2. 10. *sub* Mnio polycephalo.

Mnium ramis brevibus inordinate progredientibus. *Dill. musc.* 239. *t.* 31. *f.* 8.

Sumpf Furchenmoos.

Habitat in paludosis et pratis turfosis Europae, Asiae *et* borealis Americae; *in polaribus rarius; aestate fructiferum.* ♃.

Caules *uncias duas ad quatuor longi, erecti, hic illic radiculis obsiti.* Folia *erectiuscula, sparsa, lanceolata, acuta, scabra, apice serrata, nervo proximo ad apicem evanescente.* Flores *monoeci*, masculi *stellati.* Antherae *plurimae, foliis calycinis interspersae.* Paraphyses *subclavatae, acuminatae.* Foeminei flores *oblongi, foliis erectis lanceolato-acuminatis.* Paraphyses *nullae.* Pedunculus *rectus, unciam sesquitertiam ad quatuor longus.* Capsula *cernua, striata.* Peristomia *pallida*: interni dentes *bicrures.* Operculum *conicum, capsula fere triplo brevius.* Annulus. Calyptra *subulata.*

Ex caulium apice et axillis foliorum quandoque eduntur ramuli longi, pseudopodia nuper dicti ambigue, foliis dissitis, brevioribus, quae terminantur globulo, corpuscula tereti-ovata quatuor ad sex ferente, intus tenuissime cellulosa, facile delabentia.

Florem masculum prolongari in spicam floribus axillaribus Ehrhart. Beitr. 5. 54.

2. AULACOMNION *turgidum.*

A. caule dichotomo, foliis ovalibus concavis sexfariam imbricatis evanidinervibus integerrimis, capsula cernua striata.

Mnium turgidum. *Wahlenberg flora Lapp.* 351. *t.* 23. *Hedw. suppl. musc.* 1. 2. 123. *t.* 77.

Bryum *Linn. fl. Lapp. n.* 403? Hypnum illecebrum *L. et Wahl.*

Aufgeschwollenes Furchenmoos.

Habitat in marginibus praeruptis madidis ad rupes alpium Lapponiae, Grönlandiae, Tyrolis, *D. Lehmann; in* America polari *in regionibus maxime borealibus locum* Mnii *palustris occupans, D. Richardson; aestate rarius fructiferum.* ♃.

Simillimum praecedenti. Caules *erecti aut procumbentes.* Folia *concava ovalia, rarius lineari oblonga, sed etiam obtusa ovalia, ovata integerrima; nervo proxime ad apicem evanescente.* Flores *dioeci. Bridelius, nescio quo duce, iniuste hermaphroditos vocat. Caetera ut in antecedente.*

Ex caule femineo assurgere ramulos foliis *dissitis video, breviores, quam in antecedente, et similiores* androgyno.

Simillimum praecedenti; sed caule crassiore, saepius procumbente, foliis turgidis et loco, in regione arboribus carente, alpinarum aut polarium terrarum discrepans.

8. AULACOMNION *androgynum.*

A. caule subramoso fastigiato, foliis lanceolatis serratis margine incurvis ruptinervibus, capsula sulcata, operculo conico.

A. androgynum. *Hedw. suppl. musc.* 3. 1. *t.* 125.

Mnium androgynum, caule ramoso androgynum. *Linn. spec. pl.* 2. 1574. *Schmid. icon.* 216. *t.* 54. *f.* 1. *Engl. Bot.* 1238. *Flor. Dan. t.* 299. *Hedw. suppl.* 1. 2. 87. *sub Gymnocephalo.*

Mnium perangustis et brevibus foliis. *Dill. musc.* 230. *t.* 3. *f.* 1.

Bryum androgynum. *Hedw. spec. musc.* 178. *Hook. Tayl. muscol. brit.* 115. *t.* 28.

Bryum angustiori folio, capsula longa pyriformi inclinata. *Hall. Helvet.* 114.

Muscoides: muscus capillaris minimus, capitulo minimo pulverulento. *Vaill. Paris. t.* 29. *f.* 6.

Muscus trichodes parvus, capitulo glomerato s. botryoide. *Mich. gen.* 108. *t.* 19. *f.* 8. *H. K.*

Muscus coronatus humilis minimus, foliolis pediculis et capitulis minimis erectis. *Moris. hist.* 3. *p.* 361. *s.* 15. *t.* 7. *f.* 20.

Kugeltragendes Furchenmoos.

Habitat ad truncos arborum et ad terram in umbrosis et subalpinis Europae *et* borealis Americae; *rarius fructiferum.* ♃.

Caules *unciales aut sesquiunciales erecti, simplices unciales, florigeri ramosi dichotomi.* Folia *erecta, lanceolata, carinata, apice eroso-dentata, amoene viridia: nervo versus apicem evanescente.* Flores *dioeci:* masculi *in ramorum apice, oblongi, foliis caulinis paullo crassiores et longiores:* calycina folia *erecta, ovato-lanceolata.* Antherae *viginti aut plures.* Paraphyses *copiosiores.* Pedunculus *uncialis.* Capsula *ascendens, demum horizontalis, oblonga, cernua.* Peristomium *capsula triplo brevius (longum itaque, si cum aliis muscis hunc comparaveris,)* externi dentes *cuspidati;* internum *hyalinum;* dentibus *perangustis et* ciliis *eiusdem longitudinis, capillaribus, solitariis.* Operculum *conicum, obtusum.* Annulus *simplex.* Calyptra *capsula longior, subulata.*

In caule femineo, masculo et sterili dantur rami terminales, qui deinde laterales fiunt, semunciales, basi foliosi, superius calvi; quorum apici insident corpuscula *ovata, sive gemmae in globuli formam coacervatae; tenuissime cellulosa, inter pilos brevissimos, limpidos.*

VI. ARRHENOPTERUM.

Hedw. spec. musc. 198. *t.* 46.
αρρην masc., πτερον, ala, a flore masculo per folium, quasi alam, tecto.

Peristomium *Bryi.*
Flos masculus *axillaris;* femineus *terminalis.*
Capsula *obliqua, striata.*

1. ARRHENOPTERUM *heterostichum.*

A. heterostichum. *Hedw. l. c. Michaux flor. bor. Americ.* 2. 313.
Orthopyxis heterosticha. *Palis. Beauv. act. soc. Linn. Paris.* 1. *t.* 7. *f.* 2. *quoad peristomium internum non satisfacit.*
Mnium heterostichum. *Mühlenberg catal. plant. Amer.* 94.
Mnium heterostichum *et* membranaceum. *Brid. bryol.* 2. 12. *et* 13.
Bryum heterostichum. *Arnott. synops. musc.* 44.
Bryum membranaceum. *Linn. syst. plant. ed. Sprengel.* 4. 1. 13.
Bryum heteropterum pellucidum. *Dill. musc.* 350. *t.* 45. *f.* 11. *(Capsula immatura.)*
Einseitige Achselblüthe.
Habitat in Carolina, Virginia, Pensilvania. ♃.

Habitus, folia homomalla, flores fructusque laterales hypnum simulant, foliorum reticulum nec bryi nec hypni. Radix *basilaris.* Caulis *erectus, subramosus.* Folia *subhomomalla, oblonga, acuta, basi dimidiata: altero latere latiora, sicco statu exiguis plicis notata et latitudinem suam servantia, rigida et tenacia, grosse et inaequaliter serrata;* nervo *ad summum apicem evanescente:* cellulis *minutis, subrotundis.* Flores masculi *folio caulino, in cuius axilla haerent, quadruplo minores, globosi,* foliis *apice patulis denis aut pluribus,* nervo *concolori lato, vix conspicuo.* Antherae *copiosae, tereti-oblongae; his* Paraphyses *longiores, filiformes, articulis aequalibus.* Vaginula *ovata, turgida.* Pedunculus *semuncialis, apice curvatus.* Capsula *ovato-cylindrica, curvula, striata.* Peristomii externi dentes *sulcati, absque linea verticali:* internum *tenuissimum, limpidum:* dentes *lanceolato-lineares, angusti, lacunis subtribus confluentibus;* cilia *terna, capillaria, longitudine dentium.* Annulus. Operculum *convexum rostro brevi, curvulo.* Calyptra *subulata, angusta, capsula paullo longior.* Semina *minuta.*

VII. TETRAPHIS.

Hedw. hist. musc. 2. 87. t. 7. f. 32.

Peristomium *simplex, dentibus quatuor lineari-lanceolatis striatis.*

Flos *terminalis:* masculus *capituliformis.*

1. TETRAPHIS *pellucida.*

T. pellucida. *Hedw. spec. musc.* 43. *t.* 7. *f.* 1. *a—f. Schkuhr musc. Germ.* 52. *t.* 13. *Engl. bot. t.* 1020. *Hook. Tayl. muscol. brit.* 16. *t.* 8. *Sturm flor. Germ. crypt.* 1. *Palis. Beauv. act. soc. Linn. Par. I. t.* 1. *Nees et Hornsch. bryol. German.* 2. 14. *t.* 13. *Mougeot et Nestl. cr. fasc.* 1. *n.* 14. *Funk cr. exsicc. fasc.* 1. 19.

T. cylindrica. *Voit musc.* 17. *Funk herb. musc.* 9. *t.* 8.

Georgia Mnemosyne. *Ehrh. Hann. Magaz.* 1780. *p.* 96. *Ej. Beitr. I.* 188.

Mnium pellucidum, caule simplici, foliis ovatis. *Linn. sp. pl.* 2. 1574. *Gesn. phyt.* 1056. 11. *Schmid. icon. pl.* 13. *t.* 8. *Flor. Dan. t.* 300. 16. *t.* 8. *P.*

Bryum alternans. *Hall. Enum.* 118. *t.* 4. *f.* 8.

Bryum diaphanum. *Web. spic. fl. Gott.* 190.

Mnium serpilli foliis tenuibus pellucidis. *Dillen. musc.* 232. *t.* 31. *f.* 2.

Bryum alternans calyptra variegata et scyphulis foliosis. *Hall. Helv.* 113. *t.* 4. *f.* 8.

Muscus coronatus minimus etc. *Vaill. Paris.* 130. *t.* 24. *f.* 7.

Muscus capillaris etc. *Buddl. hort. sicc. V.* 2. *f.* 32.

Durchsichtiger Vierzahn.

Habitat ad terram et ligna putrida in silvis et umbrosis Europae, Asiae *et* Americae; *vere fructiferum.* ♃.

Caespites *lati, minus densi.* Caulis *semuncialis, raro uncialis, basi simplex, basi aphyllus, aut minoribus et magis remotis foliis instructus.* Folia *sparsa: superiora quandoque in series subtrinas oblique ascendentes disposita, remotiora, ut caulis excepto apice cernatur, quasi alterna; inferiora ovata acuminata; media ovato-lanceolata; summa erecta, lanceolata, denticulata, paullum concava, nervo prominulo ad dorsum,*

eoque crasso, paullo obscurius colorato. Flores *dioeci, aut saepius monoeci*: masculus *capituliformis*, foliis *circiter octo, conniventibus, ovato-acuminatis sed apice obtusis*: antherae *decem, oblongo-teretes, sordide albae, demum cinerascentes, tandem explosae coloris fere expertes.* Paraphyses antheris duplo *longiores, filiformes.* Feminei floris pistilla *octo circiter, infra masculum florem pedunculo circum circa adnata.* Paraphyses *nullae.* Foliorum calycinorum *vices gerunt duo suprema caulina.* Vaginula *oblonga.* Pedunculus *uncialis.* Capsula teres, *erecta, aut curvula, laevis: aetate substriata, badia, apice quantum dentium basin superemineт rufa.* Peristomii dentes *infra orificium capsulae intus adnati, quatuor, erecti, lineari-lanceolati, extus septies verticaliter striati, rufi.* Annulus *nullus.* Operculum *conicum, membranaceum, pallide badium.* Calyptra *capsulam dimidiam longa, conica, basi aliquoties vix notabiliter fissa, fusca, basi albida.* Columella *teres.* Semina *minuta, globosa.*

Caules feminei *alii sunt, qui fructum non perficiunt et e floris receptaculo, medio inter pistilla, centrali loco exserunt florem masculum, stamina et paraphyses communi habitu continentem, et pistillis quasi obvallatum, subsessilem aut cauliculo aphyllo vel uno alterove folio ornato; aut duos vel tres, cauliculo interdum semunciam alto suffultos. Hic itaque non flos hermaphroditus adest, nam flos masculus superadditur femineo; sed oritur, si hoc vocabulo uti velis, planta monoeca e planta feminea.*

Praeter caules floriferos dantur, saepe grege distincto, plantae steriles, *simplices, rarius apice semel aut bis divisi, foliis ovatis instructi, apice tria vel* quatuor *folia erecta, tandem patentia gestantes, in quorum sinu reperiuntur fila* articulata *fastigiata et intricata* corpuscula *ovata, cellulosa, antherarum fabrica et functione nullo modo utentia, prolium potius naturam prodentia.*

D. FAMILIA FUNARIAE.

Musci erecti, mediae magnitudinis. Caules *caespitosi, breves* (*vix semunciales*), *simplices.* Folia *apice stellata, acuminata, tenerrima, pellucida, cellulis praegrandibus.* Flores *discoides, terminales, dioeci.* Antherae *copiosae et* paraphyses *clavatae.* Pedunculus *caule quadruplo longior, siccitate maxime tortus.* Calyptra *globosa, acumine longo, latere fissa, basi amplior quam capsula.*

Capsula *obliqua*, *curvula*, *saepe striata*, *orificio angusto*. Operculum *et* Peristomium *planum*: dentes *dimidiam orificii capsulae diametrum longi*. Calyptra *globosa*, *mucrone longo*, *latere demum fissa*, *basi amplior quam capsula*.

I. FUNARIA.

Linn. gen. ed. pl. Schreb. 2. 760. *Koelreutera. Hedw. fund. musc.* 2. 95.

Nomen a fune, propter pedunculum siccitate tortum.

Peristomium *duplex*: externum dentibus *sedecim obliquis*, *apice cohaerentibus*; internum dentibus *totidem oppositis*, *membranaceis*, *planis*.

Capsula *pyriformis*, *sulcata*, *curvula*.

Flores *terminales*: masculi *discoides in diversa vel eadem planta*.

Calyptra *globosa*, *mucronata*, *demum latere fissa et hians*.

Habitus Mnii. Caules *erecti*, *simplices*, *utplurimum breves*, *nec innovantes*. Folia *lata*, *tenuissima*, *pellucida*. Flores masculi *foliis circiter quatuor*, *caulinorum similibus sed latioribus*, *patenti-erectis*, *pellucidi*, *ita ut transluceant* stamina *copiosa*, *foliis decuplo breviora*. Paraphyses *antheris paullo longiores*, *articulo ultimo globoso*, *duplo crassiore*. Pedunculus *longus*, *tenuis*, *siccitate tortilis*. Vaginula *quadruplo brevior*, *quam capsula*. Capsula *pyriformis*, *basi erecta*, *dein curvula et orificio horizontem spectans*, *plerisque sulcata*. Operculum *angustum planum*. Annulus.

1. FUNARIA *hygrometrica*.

F. foliis ovato-acuminatis solidinervibus erectis, capsula pyriformi sulcata, operculo planiusculo.

F. hygrometrica. *Hedw. spec. musc.* 172. *Hist. musc.* 2. *t.* 10. *fructus*. *Hook. Tayl. musc. Brit.* 69. *t.* 2. *Engl. Bot. t.* 342. *Hook. fl. Lond. ed.* 2. *c. icon. Moug. et Nestl. n.* 137. *Funk hb. musc.* 42. *t.* 27. *etc.*

F. angustifolia. *Brid. muscol. suppl.* 3. 71.

F. serrata. *Brid. bryol.* 2. 57., androgyna *l. c.* 58., Weinmanni 738., ramificans, *ib.*, campylopus 739. *et* F. hygrom. aurea.

Mnium hygrometricum, acaule, anthera nutante, calyptra reflexa tetragona. *Linn. spec. pl.* 2. 1575.

Bryum bulbiforme aureum, calyptra quadrangulari, capsulis pyriformibus nutantibus. *Dill. musc.* 407. *t.* 52. *f.* 75.

Muscus foliis scutellatis, capitulo pyriformi nutante. *Vaill. Paris. t.* 26. *f.* 16.

Muscus coronatus minor, foliolis latiusculis ad caulem convolutis, capitulis cernuis et obtusis aureis. *Moris. hist.* 3. *p.* 628. *s.* 15. *t.* 6. *f.* 4. 16.

β. var. longa, foliis dissitis oblongo-lanceolatis nervo: infra apicem evanescente.

Funaria calvescens. *Hed. suppl.* 1. 2. *p.* 77. *t.* 65.

Gemeines Strickmoos.

Habitat in apricis sterilibus, ad lapides et terram nudam zonae temperatae, frigidae et calidae, in regno Nipal. ⊙.

Species habitu et capsulae forma et directione constans, variabilis interdum quoad folia. Dantur *ovata acuta, ex ovato longe acuminata aut mucronata, margo interdum dentatus est: nervus plerumque ad apicem perdurans, quandoque infra apicem evanescit, quamobrem* calvescentem *non amplius distinguo.* Funaria Hibernica, *e speciminibus Taylorianis, habet folia ex ovato longe mucronata, evanidinervia, dentata, sed mihi nil aliud videtur nisi varietas* hygrometricae, *pedunculo humili; neque magis differunt species nuper a Bridelio propositae, inter quas* androgyna, *potius monoeca dicenda, inprimis nullo modo recedit, nam ramulum flore masculo terminatum, reperimus in luxurie plantarum feminearum et simplicium et subramosarum, in solum fertile altius defossarum, inprimis in Indicis speciminibus.*

2. FUNARIA *flavicans.*

F. flavescens, foliis ovatis setaceo-acuminatis solidinervibus erectis, capsula oblongo-turbinata, operculo planiusculo.

F. flavicans. *Michaux flor. bor. Amer.* 2. 303. *Hedw. suppl. musc.* 1. 2. 75. *t.* 65.

Mnium compactum. *hb. Bosc. d'Antic.*

Gelbes Strickmoos.

Habitat in Carolina. *P. Claud. Richard et Bosc.* ⊙.

Priori similis, sed in omnibus, quae vidi, numerosis quidem speciminibus, distincta et capsula turbinata, apice quasi trun-

cata, *et*, *in speciminibus bene madefactis*, *laevi*. Orificium capsulae *angustius*, *quam in F.* hygrometrica.

3. FUNARIA *Mühlenbergii.*

F. foliis stellatis erectis ovato–acuminatis solidinervibus dentatis, capsula laeviuscula erecto-cernua, operculo convexo.

F. Mühlenbergii. *Hedw. suppl. musc.* 1. 2. *p.* 78. *t.* 68. *Schleich. crypt. Helvet. Cent.* 1. *n.* 27. *Funk hbar. musc. t.* 27. *Crome Nachlief.* 2. *n.* 13.

F. solitaria. *Palis. Beauv. hb.*

F. serrata. *Brid. Bryol.* 2. 57.

F. calcarea. *Wahlenbg. nov. act. Holm.* 1806. *t.* 4. 2. *e speciminibus.*

Mühlenbergisches Strickmoos.

Habitat ad muros et terram nudam Pensilvaniae, *Mühlenberg*, Germaniae, Helvetiae, Sueciae, Angliae *rarior.* ⊙.

Caulis *lineam unam alteramve longus.* Folia *copiosa*, *erecta*, *ex ovato acuminata*, *dentata; cellulis marginalibus apice prominulis*, *flavescentia*, *nervo in apicem perdurante aut rarius proxime sub eo desinente.* Pedunculus *uncialis.* Capsula *pyriformis brevis*, *erecto-cernua*, *laeviuscula*, *flavo-badia: membrana interna globosa*, *dimidia capsula non longior.*

4. FUNARIA *Fontanesii.*

F. foliis stellatis oblongis acutis ruptinervibus dentatis, capsula erectiuscula elongato-pyriformi subinaequali laeviuscula.

F. Fontanesii. *Hedw. suppl.* 1. 2. 79. *t.* 66.

Desfontaine's Strickmoos.

Habitat in Barbaria, Aegypto, *Pr. Desfontaines*, Lusitania, Haiti *ad terram nudam.* ♃.

Similis praecedenti, *sed omnibus partibus tenerior; nervus* foliorum *semper et ocyus evanescit.* Calyptra *parum turgida et ocyus delabens.* Capsula *immatura per siccitatem ita contrahitur*, *ut omnino erecta et potius* Splachni *similis videatur; matura et sicca sulcata.*

II. ENTOSTHODON.

Hedw. suppl. musc. 2. 1. 44. *t.* 113.
ἐντοσθεν, *intus.* *οδους*, *dens.*

Peristomium *simplex:* dentibus *sedecim integris rigidis, capsulae superficiei internae infra orificium adnatis.* Flos masculus *terminalis*, *discoides.*

1. ENTOSTHODON *Templetoni.*
Hedw. suppl. l. c.
Weissia Templetoni. *Hook. et Taylor musc. Britann.* 42. *t.* 14. *Hook. flora Londin. ed. cum fig.*
Funaria Templetoni. *English Bot. t.* 2524.
Templeton's Innenzahn.
Habitat ad rupes humidas Hiberniae, Eblani. *D. Taylor. Templeton.* ♃.

Caules *caespitosi*, *unciales aut semunciales.* Folia *rariuscula, erecto-patula*, *oblonga acuminata*, *margine flexuoso*, *crenulata*, *tenerrima*, *amoene viridia: nervo crasso*, *infra apicem evanido*, *flavescente: cellulis magnis, parallelogrammis.* Flores *dioeci*, *foliis caulinorum similibus.* Antherae *viginti, plures:* paraphyses *etiam copiosiores*, *clavatae.* Vaginula *conica*, *capsula triplo brevior.* Pedunculus *uncialis, erectus, tortilis.* Capsula *pyriformis*, *orificio incrassato*, *laevis*, *badia.* Peristomii dentes *horizontales*, *siccitate erecti*, *lanceolato-acuminati*, *sulcis transversis subseptenis*, *basi adnati fasciae annulari filamentosae badiae*, *ferruginei.* Operculum *convexum*, *mammillatum.* Calyptra *globosa, mucronata, latere fissa*, *virens.*

E. FAMILIA BRYI.

Caules *erecti*, *subramosi.* Folia *ovata vel lanceolata, erectiuscula*, *marginata aut margine destituta*, *cellulis parallelogrammis in basi*, *superioribus subquadratis.* Flores *terminales*, *capituliformes*, *plerumque dioeci:* paraphysibus *filiformibus.* Pedunculi *longi.* Capsula *pendula*, *pyriformis brevis vel elongata*, *aequalis*, *rarius inaequalis.* Peristomium *duplex:* internum membrana *tenuis*, *pallida*, *raro crassior et colorata:* dentes *bicrures:* cilia *plerisque*, *paucis nulla.* Calyptra *subulata.*

I. WEBERA.

Hedw. hist. muscor. 95.
Weber spicilegium flor. Goetting. etc.

Peristomium *duplex* 16 *dentatum:* internum membrana *tenuissima hyalina:* ciliis *subtilibus*, *intus laevibus.*

Flores *terminales hermaphroditi*, *rarius monoeci.*

Capsula *clavato-teres*, *aequalis.*

Maxime affinis Bryo. Caulis *simplex*, *rarissime ramosus*, *erectus.* Folia *lineari lanceolata*, *marginata*, *dentata.* Flores *globosi.* Capsula, *qua parte semina continet*, *cylindrica; subovata in* W. nutante; *basi*, *qua seminibus vacua est*, *attenuata*, *siccitate paulum plicata.* Peristomia *longitudine aequalia*; dentes interni externis *oppositi*, *bicrures*: cilia *capillaria*, *siccitate quasi nodulosa*, *in* W. cruda *latiora et rudia*, *non ad transversas lineas lamellis*, *quae* parietum *transversorum*, *in primordio fructus praesentes cellulas separantium reliquiae sunt*, *instructa. Characterem* Weberae, Pohliae, Bryi in *pluribus speciebus sollicite examinavit Bruchius et quae de eo per literas monuit*, *adhibui*, *quantum cum meis observationibus conveniunt.*

1. WEBERA *elongata.*

W. caule brevi simplici, foliis lineari-lanceolatis solidinervibus serratis, capsula clavato-tereti ascendente.

Pohlia elongata. *Hedw. stirp. crypt.* 1. 96. *t.* 36. *Funk crypt. fasc.* 3. *n.* 52; 5. *n.* 108. *Ejusd. herb. musc.* 40. *t.* 26. *Blandow crypt. fasc.* 3. 124. *Ehrh. crypt.* 64. *Schleich. crypt. Helvet.* 2. 36.

Pohlia elongata *et* cylindrica. *Hornsch. ephem. bot. Ratisb.* 1819. 1. 93.

Webera macrocarpa. *Hornsch. ephem. bot. Ratisb.* 1819. 1. 104.

Leskia elongata. *Web. Mohr. crypt. Germ.* 243.

Mnium elongatum. *Palis. B. aetheog.* 75. Mnium Pohlia *Hoffm. fl. Germ. crypt.* 48.

Bryum cylindricum. *Dicks. crypt. fasc.* 4. 12. *t.* 11. *f.* 4. *Smith. Britann.* 3. 1351.

Bryum elongatum. *Hook. Tayl. musc.* 123. *t.* 30. *Smith. fl. Brit.* 3. 1349. *Engl. Bot. t.* 1603.

Bryum longicollum. *Sturm. fl. Germ. crypt. fasc.* 11. *teste ipso Voit musc. Herbipolitan.* 70., *auctore huius ico-*

nis et descriptionis, nec non secundum specimina Voitii.

β. minor, *omnibus partibus* minor, *ciliis plerumque geminis et flore hermaphrodito.* Pohlia minor. *Hedw. suppl.* 1. 2. 70. *t.* 64. Pohlia minor γ. polyphylla. *Brid. bryol.* 1. 612.

Bryum incrassatum. *Villars fl. Delphin.* 3. 889.

Pohlia affinis. *Hornsch. Ephem. bot. Ratisb.* 1819. 97? *Planta mihi visa est, sed peristomium non sufficienter explorari potuit.* Pohlia pulchella *l. c.* 95. Pohlia gracilis *l. c.* 100. *caule per innovationes dichotomo, dioeco.*

γ. acuminata *gracilis, capsula inflexa, operculo conico acuminato, dimidio altiore quam latiore, dentibus interni peristomii magis carinatis.*

Pohlia acuminata. *Hornsch. ephem. bot. Ratisb.* 1819. 94.

Verlängerte Webera.

Habitat ad terram, rarius in regionibus planis, frequentius *in montosis ad rupes, in* Europa; *speciocissima in* India orientali, Nipal, β. *in* alpibus Tyrolis, Pyrenaeorum, γ. *in* alpibus Germaniae australis *et in* Nipal. ♃.

Caulis *vix semuncialis, simplex, post florem ramulum unum alterumve sterilem edens.* Folia *baseos minora et remota, superiora conferta, erecta, etiam siccitate, lineari-lanceolata, dentata, minus distincte marginata, solidinervia.* Flores *dioeçi, quandoque hermaphroditi,* paraphysibus *filiformibus.* Pedunculus *biuncialis, erectus, apice paullum curvus.* Capsula *horizontalis, eiectis seminibus ascendens, basi clavata, inferius farcta, dein ob contractam in filum membranam internam fere vacua, tandem teres et seminibus farcta.* Annulus. Peristomium internum *membrana tenuissima, subtiliter sed conspicue reticulata, cellulis quadratis:* dentes *angusti, lacunosi, leviter carinati:* cilia *capillaria, dentium longitudine, trina, bina, solitaria, basi simplici, sive etiam duplici, saepe in eadem capsula.* Operculum *conicum, mammillatum.*

Not. *De vero Hedwigii synonymo non potest dubitari, quum ipsa Hedwigii herbarii specimina, ut semper, comparaverim, secundum quae icones eius factae sunt.* Cilia *in* peristomio *extricare operosum est et facillime ista pereunt. Hedwigium, cui paucissima specimina ad manus erant, et lentes vitreae non satis efficaces adhibebantur, quum illum muscum describeret, illa latuerunt, licet adsint in ipsis etiam eius speciminibus.*

2. WEBERA *longicollis.*

W. caule mediocri subsimplici, foliis lineari-lanceolatis

ruptinervibus serratis, capsula elongata clavato-tereti nutante.

W. longicollis. *Hedw. spec. musc.* 169. *t.* 41. *Etiam Schleich. crypt. Helvet. exsicc. Cent.* 8. 38. *certe quoad specimina, mihi a Schleichero missa.*

Bryum longicollum. *Swartz musc. Suec.* 49. *t.* 6.

W. alpina. *Hornschuch. ephem. bot. Ratisb.* 1819. 1. 104. *Ej. crypt. exsicc. Centur.* 2. *dec.* 2.

Bryum Webera Grimsulana. *Brid. bryol. I.* 628. W. ferruginea. *Brid. ms. var. minor.*

Bryum Hornschuchii. *Linn. syst. pl. ed. Sprengel.* 4. 1. 212. W. fasciculata. *Hornsch.*

Langhälsige Webera.

Habitat in fissuris rupium umbrosarum et ad rivulos pratenses alpium Germaniae australis, Helvetiae *et* Sueciae. *Augusto fructifera.* ♃.

Caespites *laxi, amoene virides, nitentes.* Caules *unciales, simplices aut ad basin semel divisi.* Folia *inferiora lanceolata, erectiuscula, evidenter serrata, cellulis marginalibus apice paullum recurvis, non marginata: nervo ante apicem, et paullo ocyus in foliis basilaribus, evanescente.* Flores *hermaphroditi, etiam in speciminibus Swartzianis (licet dioecos scripserit Swartzius).* Pedunculus *uncialis, semuncialis, biuncialis, erectus, pallide rufescens.* Capsula *vegeta ascendens, pyriformis, collo elongato, partem seminiferam ovalem aequante.* Peristomium internum *albicans;* cilia *capillaria, gemina.* Operculum *convexum, cum mucrone acuto.* Annulus. Calyptra *lutescens.*

3. WEBERA *cruda.*

W. caule elongato, foliis lineari-lanceolatis ruptinervibus denticulatis strictis, capsula oblonga ascendente.

Mnium crudum antheris pendulis, calyptra recurvata, foliis pellucidis. *Linn. sp. pl.* 2. 1576. *Hedw. stirp. crypt. I.* 99. *t.* 37. *hist. musc.* 94. *Funk. herb. musc. t.* 32.

Bryum crudum. *Schreb. spicil. flor. Lips.* 83. *Hook. Tayl. muscol. brit.* 119. *t.* 28. *Engl. Bot.* 1604.

Bryum pendulum hornum molle, foliis et lanceolatis et gramineis. *Dill. musc.* 391. *t.* 50. *f.* 60.

Weiche Webera.

Habitat locis udis montosis, ad saxa, in omni boreali Europa, *et* in America polari, *Richardson; in* Asia *de Chamisso, Maio et Iunio fructifera.* ♃.

Caulis *uncialis simplex*, *in Richardsonianis biuncialis*, *basi parce foliosus et inde tenuior*, *in superioribus crassior*. Folia *inferiora ex ovato*, *superiora e lineari lanceolata*, *minus densa*, *denticulata*, *sericea*, *nitentia*, *florem cingentia praelonga erecta:* calycina *trium ordinum*. Flores *hermaphroditi aut dioeci*, *paraphyses filiformes*. Pedunculus *uncialis*, *apice ad latus flexus*. Capsula *vegeta a linea horizontali ascendens*, *serius deflexa*, *lineari-oblonga*. Peristomium *rudius quam congenerum;* interni dentes *albentes*, *hyalini*, *lacunis magnis*, ciliis *geminis*, *aut solitariis*, *his et illis approximatis et aetate iuniore contiguis*. Operculum *planiusculum*, *acumine centrali*. Annulus. Calyptra *straminea*.

Quoad folia simillima longicolli, *sed fructus brevior*, *fere oblongus*, *et quandoque paullum inaequalis; collum fructus seminibus vacuum brevius quam pars seminifera.*

4. WEBERA *nutans*.

W. caule simplici, foliis lanceolatis serratis subsolidinervibus, capsula oblonga nutante.

W. nutans. *Hedw. stirp. crypt.* 1. 10. *t.* 4. *Brid. muscol.* 2. *t.* 4. *f.* 28. W. mutabilis. *Hedw. hist. musc.* 2. 104. *Ej.* 1. *t.* 4. *f.* 16—20. *sub* Br. trichode; *planta novella cum radiculis articulatis et continuis*. *Funk crypt. exsicc. fasc.* 2. 30. *Ej. herbar. musc.* 39. *t.* 25.

W. bicolor, fasciculata, caespitosa *et* pendula. *Hornsch. Ephem. bot. Ratisb.* 1819. 1. 103. 104; 1820. 318. *et Brid. bryol.* 1. 726 *et seq.*

W. subdenticulata. *Brid. bryol. l.* 634. *folia paulum angustiora*, *acuminata quidem*, *sed non emergente*, *potius ad ultimum apicem evanescente nervo*. W. longiseta. *l. c.* 636.

Bryum nutans. *Schreb. spicil. flor. Lips.* 91. *Engl. bot.* 1240 *Hook. Tayl. muscol. Brit.* 123. *t.* 29. *Moug. et Nestl. crypt. Voges. n.* 220.

Bryum nigricans. *Schleich.*, *an etiam Smithii fl. Brit.* 3. 1363. *Dicks. fasc.* 4. 15. *t.* 11. *f.* 10?

Bryum trichodes laete virens, capitulis cernuis oblongis. *Dill. musc.* 391. *t.* 50. *f.* 61.

Nickende Webera.

Habitat in sabulosis, *siccis*, *apricis*, *in depressis elatior et pedunculo longo*, *in* alpinis brevis, *in omni fere terrarum orbe*, *in* Cuba *D. Pöppig*, *in* Camtschatka *et* Unalaschka *A. de Chamisso*, *in* America polari *D. Richardson*, *vere florens*. ♃.

Caulis *semuncialis*, *rarius uncialis*, *in polaribus quibusdam triuncialis*, *in caespites compactos congestus*, *simplex*, *raris-*

sime infra florem effoetum innovans. Folia *inferiora brevioria et minus crebra, superiora densa, erecta, lanceolata, carinata, serrata: nervo crasso, plerumque continuo, interdum in inferioribus foliis proxime ad apicem evanescente.* Flores *hermaphroditi.* Pedunculus *sexquiuncialis, rarius uncialis aut triuncialis, erectus.* Capsula *oblonga, matura infra transversum situm inclinata.* Peristomii interni membrana *albido-lutescens, ciliis trinis, capillaribus.* Annulus. Operculum *convexum cum mucrone.* Calyptra *capsulae longitudine, subulata, flavescens.*

In rupestribus Luchsburg Baruthinae *reperi specimina, quae ramulos subaphyllos apice fasciculum foliorum gestantes et folia crassiuscula, acuta, caulinis triplo breviora, cordato-acuminata, crassa habent.*

Weberas Hornschuchii *distinguere non possum.* Bicolori *tribuitur caulis subramosus fastigiatus, folia lanceolato-acuminata: innovationum latiora ruptinervia, capsula pyriformis, caulis niger, innovationes virides: notae inconstantes;* caespitosae *caulis fasciculato-ramosus, folia lineari-lanceolata argute serrata, capsula cylindrica;* fasciculatae *caulis a basi ramosus fasciculatus, folia lanceolata acuta, apice serrata, capsula elongato pyriformis cernua; non cernuam sensu Hedwigii, quae vox inaequalem capsulam denotat, sed ascendentem dixerim. Sunt varietates alpinae capsula et pedunculo brevioribus.* Pendula *gracilis et alto pedunculo est, sed a communi forma parum recedit. Bridelius in Bryologiam I.* 627. *seq. omnes excepit, sed ad eas, veluti species, stabiliendas nihil addidit; in* caespitosae *adumbratione sibi ipse repugnat, quum in definitione caulem dicat longissimum, in descriptione: in tota gente brevissimum.*

5. WEBERA *annotina.*

W. caule simplici bulbifero, foliis lanceolatis ruptinervibus subdentatis, capsula elongate pyriformi pendula.

Bryum annotinum. *Hedw. spec. musc.* 184. *tab.* 43. *Funk herb. musc.* 47. *t.* 24.

Mnium annotinum, foliis ovatis acuminatis pellucidis, pedunculis subradicalibus, anthera nutante. *Linn. spec. pl.* 2. 1576.

Hypnum annotinum. *Web. Mohr crypt. Germ.* 280.

Trentepohlia erecta. *Roth Annal. bot.* 10. 53. *Flor. Dan.* 215. *Hoffmann fl. German. crypt.* 17. *t.* 14.

Bryum annotinum lanceolatum pellucidum, capsulis oblongis pendulis. *Dillen. musc.* 399. *t.* 50. *f.* 68.

Jährige Webera.

Habitat locis arenosis humidis, ad aggeres, fossas, inprimis in montosis et alpestribus Europae mediae *et* Iamaicae *D. Reider, rara; vere fructificans.* ♃.

Caulis *semuncialis, simplex aut ad basin semel divisus: sterilis paullo altior.* Folia *remotiuscula, erecta, lanceolata, acuminata, integerrima: nervo ante apicem evanescente.* Flores *dioeci;* masculi *ovati, terminales, foliis denticulatis.* Paraphyses *filiformes.* Pedunculus *uncialis aut paullo altior.* Capsula *pendula.* Peristomium internum *lutescens:* cilia *dentium longitudine, bina.* Operculum *convexum cum mucronulo.* Calyptra *lutescens.*

Plantis sterilibus ad axillas nascuntur bulbi gemmiformes, basin carnosam exhibentes, foliis tectam.

II. BRYUM.

Dillen. hist. musc. 338.

Peristomium *duplex:* externum *dentibus sedecim liberis apice inflexis:* internum *membrana sulcata, fissa in* dentes *incurvos et externis oppositos et* cilia.

Flos *terminalis,* masculus *capituliformis.*

Calyptra *subulata, latere fissa.*

Caules *erecti, subramosi, vel fastigiati.* Folia *erectiuscula, ovato-acuta, ovata, oblonga, lanceolata, marginata vel immarginata, uninervia.* Florum folia *caulinis similia, interiora minora quandoque.* Pedunculus *longus.* Capsula *horizontalis aut pendula, ovato-pyriformis, rarius teretiuscula.* Operculum *breve, convexum, saepe cum mucrone.* Membrana interna *utplurimum brevior quam externa.* Columella *filiformis.*

1. *foliis laxis erectis. a. solidinervibus.*

α. oblongis vel ovatis, cuspide brevissima aut nulla.

1. BRYUM *Auberti.*

B. caule innovante mediocri, foliis oblongis acutis solidinervibus profunde serratis marginatis patentibus.

B. Auberti. *Hedw. suppl.* 2. 2. 156. *t.* 196.

B. andicola. *Hook. ap. Kunth synops. plant. aequinoct.* 1. 58? *quod non vidi.*

Mnium Auberti. *Hedw. suppl. musc.* 1. 2. 132. *t.* 80., *s. fr.*

Aubert's Knotenmoos.

Habitat in insula Franciae, *Aubert D. P.; ad radices arborum in* Brasilia *Beyrich, Novembri et Decembri fructiferum.* ♃.

Accedit ad Mnia *foliis nudo etiam oculo serratis et caule sterili quandoque elongato, flagelliformi, sed differt* flore *et* foliorum *cellulis.* Caulis *uncialis aut biuncialis, proxime infra*

florem innovans, simplex, rarius ramo uno alterove, ubique foliosus. Folia *tenera, at tenacia, patentia, oblonga* (*in sterili caule ovata*), *acuminata, acuta: nervo tenui, ad apicem aut in brevem cuspidem perdurante:* cellulis *oblongis.* Flores *dioeci, terminales, solito crassiores et receptaculo lato, ferrugineo impositi:* folia *intima caulinis similia.* Antherae *teretes.* Paraphyses *clavatae, apice acutae.* Pedunculus *sesquiuncialis vel biuncialis.* Capsula *e nutante pendula, ex oblongo teres.* Operculum *convexum cum mucronulo.* Annulus *duplex.* Peristomium *internum albidum,* ciliis *geminis.*

2. BRYUM *ventricosum.*

B. caule subramoso longiusculo, foliis oblongis acutis solidinervibus denticulatis, capsula pendula pyriformi.

B. ventricosum. *Dicks. fasc.* 1. 4. *Hook. Tayl. muscol. Brit.* 124. *t.* 30. *Engl. Bot. t.* 1518. *Moug. Nestl. crypt. exsicc. n.* 223.

B. pseudotriquetrum. *Hedw. spec. musc.* 190. *suppl. musc.* 1. 2. 110. *Stirp. crypt.* 3. 19. *t.* 7. *sub Mnio. Schleich. crypt. Helv. n.* 33. *item.*

Bryum cubitale. *Dicks. fasc.* 2. *t.* 5.

Bryum straminifolium. *Taylor. Groenland.*

Bryum geniculatum. *Vill. Delphin.* 3. 392. *t.* 54.

Bryum Duvalii *Voit in Sturm. flor. German. crypt. fasc.* 12. *Hedw. suppl. musc. l.* 2. 127. *t.* 79. *sub Mnio.*

Bryum tomentosum. *Brid. bryolog.* 1. *p.* 648. *secundum specimina.*

Meesia nutans. *Willd. prodr. Berol.* 843. *auct. Webero et Mohrio crypt. Germ.* 288.

Mnium triquetrum. *Lightfoot fl. Scot.* 2. 715.

Mnium rubiginosum. *Lamarck. e Palis. aetheog.* 76.

Bryum annotinum palustre, capsulis ventricosis pendulis. *Dill. musc.* 404. *t.* 51. *n.* 72. *Vaill. Paris. t.* 24. *f.* 2.

Bryum bimum. *Schreb. spicileg. flor. Lips.* 83.

Bryum Webera longiseta. *Brid. bryol.* 1. 636.

Bryum pendulum. *Hornschuch ephemerid. bot. Ratisb.* 1820. 1. 316. *Brid. bryolog.* 1. 636.

B. flaccidum. *Brid. bryol.* 1. 665.

Webera pendula. *Brid. bryol.* 1. 686?

Bryum lanceolatum bimum, setis et capsulis longis pendulis. *Dill. musc.* 405. *t.* 51. *n.* 73.

β. maius, foliis longioribus subintegerrimis.

Bryum elatum. *Schleich. et* **Bryum implexum** *ej. in lit.*
γ. caule per folia fasciculato nodoso.
Bauchiges Knotenmoos.
Habitat in paludosis, turfosis apricis depressis aut montosis et subalpinis Europae, borealis Asiae *et* Americae, *nec non in* Hispaniola *et* Loxae, *γ. in* Suecia Salbergae, *vere et aestate fructiferum.* ♃.

Caulis *unciam unam, duas, tresve longus, innovationes steriles unciales, ubique foliosos, unum alterumve ramum exserens.* Folia *sessilia, in ramis sterilibus decurrentia, ovata acuta, vel ovato-acuminata, basi tantum marginata, quandoque denticulata, tenacia: nervo parum emergente, ferrugineo.* Flores *dioeci,* masculi *subglobosi, crassi.* Genitalia *plurima.* Paraphyses *filiformes.* Pedunculus *uncialis aut triuncialis.* Capsula *pyriformis, pendula.* Peristomium interius *flavescens, ciliis trinis, dentes aequantibus.* Annulus *tenuis.* Operculum *convexum, cum mucronulo.*

B. flaccidum *est* ventricosum *resecta caulis basi, ut docet herbarium Bridelii, in quo tamen huic* flaccido *nomen* intricati *inscriptum est, facta commutatione cum* intricato *suo ex insula polari Melville allato non solum in ipsius, sed etiam Archiducis Vinariensis herbario.*

8. BRYUM *Schleicheri.*

Bryum caule praelongo innovante; ramis cuspidatis, foliis cordato-ovatis cuspidulatis integerrimis, capsula pyriformi brevi pendula.
B. Schleicheri. *Hedw. suppl.* **I. 2. 113.** *t.* **73.**
B. alpinum. *Schleich. pl. exsicc. Villars flora Delph.* **3. 889.** *Funk crypt. exsicc.* **25.** *n.* **514.**
B. glaciale. *Brid. bryol.* **1. 852.** *Schultz ephem. bot. Ratisb. Syllog. plant. nov.* **2.** *p.* **192.**
Mnium glaciale. *Schleich. Cent.* **3. 41.**
Schleicher's Knotenmoos.
Habitat in udis alpinis Helvetiae *et* Pyrenaeorum, *Schleicher.* ♃.

Caulis *uncias tres vel quatuor altus, innovando ramos aliquot edens, fastigiatos.* Folia *cordata, cordato-ovata, basi contracta, margine tenui, denticulata, per siccitatem convoluta, ut rami cuspidati reddantur: nervo cuspidem brevissimam sistente, ferrugineo.* Flores *dioeci:* masculi *globosi,* foliis *intimis enervibus.* Antherae **20—35**: paraphyses *filiformes; femineus pistillis* 6—**30.** Vaginula *teres.* Pedunculus *biuncialis, apice subincrassatus, incurvus.* Capsula *pyriformis, brevis.* Peristomium *internum flavescens,* ciliis *trinis.* Operculum *convexum, mammillatum.* **Caulis flagella** *nulla* (*Bridelius bryol.* **1. 684. ramos iniuste flagella dicit).**

Differt a pseudotriquetro foliis latis, capsula *breviter pyriformi, a plerisque caeteris longitudine* caulis *et* ramis, *per siccitatem inprimis, cuspidatis.*

Schulzius glaciale *ut speciem distinguit* foliorum *nervo evanescente, cellulis latioribus, quae vero nota non constans est, nam in supremis foliis* Bryi Schleicheri *etiam video nervum quandoque evanescentem, et cellulas latiores a forma foliorum minus contracta pendere censeo.*

4. BRYUM *turbinatum.*

B. caule subramoso longiusculo ascendente, foliis oblongis acutis solidinervibus integerrimis, capsula pendula pyriformi.

B. turbinatum. *Hedw. suppl. musc.* 1. 2. 110. *Funk pl. crypt.* 25. *n.* 516. *Hook. Tayl. muscol. Brit.* 122. *t.* 24? *Moug. et Nestl. Voges.* 222. *Brid. bryol.* 1. 602. *excludo* turbinatum elongatum.

B. versicolor. *Braun in litt.*

Bryum palustre complicatum rubens, capsulis turbinatis pendulis. *Dill. musc.* 406. *t.* 51. *f.* 74.

Mnium turbinatum. *Hedw. spec. musc.* 192. *Stirp. crypt.* 3. *p.* 22. *t.* 8.

Kreiselförmiges Knotenmoos.

Habitat in alpinis Germaniae, *et in paludosis* Germaniae *et* Angliae, *rarius.* ♃.

Caulis *primarius semuncialis, radiculis basilaribus et intrafoliaceis; pone florem innovationes unam, duas tresve, edens unciales, simplices aut quandoque ramosas.* Folia *minus densa, oblonga, acuta, amplexicaulia, integerrima, concava aut carinata, erectiuscula, lurido-viridia: nervo plerumque ad apicem pertingente, rarius tantillum emergente, aut rarissime proxime ad apicem evanescente.* Flores *dioeci*: masculi *copiosis* antheris *et filiformibus* paraphysibus. Pedunculus *uncialis aut sexquiuncialis, apice curvatus.* Capsula *pendula, pyriformis.* Operculum *convexum, cum exiguo mucronulo.* Peristomii interni cilia *solitaria vel gemina. Duplo minus quam* Br. pseudotriquetrum, *caule primario breviore.*

5. BRYUM *pallens.*

Bryum caule mediocri bifido, foliis ovatis cuspidulatis integerrimis, capsula pyriformi longicolli subtransversa.

Bryum pallens. *Hedw. suppl.* 1. 2. 111. *t.* 72. *Swartz. musc. Suec.* 17. *t.* 5. *f.* 11. *Web. Mohr crypt. German.* 233. *sub* Hypno.

Mnium gracile. *Schleich. crypt. exsicc. Cent.* 2. *n.* 40.

Blasses Knotenmoos.

Habitat in rupestribus alpinis et subalpinis Sueciae, Germanie, Helvetiae. *Pr. Swartz. Funk etc.* ♃.

Caulis *vix semuncialis, uncialis, raro sesquiuncialis, saepe divisus.* Folia *minus densa, ovata, submarginata, cuspide brevi vix emergente e cellularum consortio.* Flores *dioeci, latiores quam in plerisque minoribus bryis.* Antherae *et* filiformes paraphyses copiosae. Pedunculus *sesquiuncialis, apice arcuatus.* Capsula *vegeta nondum pendula; qua semina continet ovata, collo basi attenuato, longiore.* Annulus, Peristomii interni cilia *solitaria, basi saepe bicrura.* Operculum *convexum, mucronulatum.*

Differt a caespiticio *folii cuspide brevi et peristomio interno faciliter solubili.*

1. *foliis laxis erectis. a. solidinervibus.*

β. oblongis vel ovatis, cuspide folii latitudinem fere aequante.

6. BRYUM *Canariense.*

B. caule subramoso basi nudo, foliis verticillatis oblongis cuspidatis subbistriatis coriaceis: nervo reticulato.

Bryum Canariense. *Brid. suppl. musc.* 3. 29. *Bryolog.* 1. 672. *Hedw. suppl. musc.* 2. 1. *t.* 214. ♃.

Canarisches Knotenmoos.

Habitat in rupibus insularum Canariensium *et in* Capite bonae spei. *Riedlè. Pr. Taylor.*

Radix *capillacea.* Caulis *vix uncialis, et innovationes basi nudae:* masculis *innovationibus saepe quaternis et quandoque divisus.* Folia *verticillata, erecta, oblonga, integerrima, senio subdentata, striis binis nec apicem nec basin attingentibus:* nervo *cuspidem folii dimidiam latitudinem aequante.* Flores *caulinis foliis duplo minores.* Antherae *et capillares* paraphyses *copiosae.* Pedunculus *uncialis aut biuncialis, apice curvatus.* Capsula *pyriformis, nutans, badia.* Operculum *convexum, mucrone solito crassiore, obtuso.* Annulus. Peristomii interni cilia *dentibus quintuplo minora, gemina.*

Rigiditate foliorum Polytricha fere aemulatur.

7. BRYUM *capillare.*

B. subramosum, foliis obovatis acuminatis cuspidatis marginatis denticulatis siccitate contortis, capsula teretiuscula transversa.

B. capillare antheris pendulis, foliis ovatis setiferis carinatis, pedunculis longissimis. *Linn. sp. pl.* 2. 1386. *Hedw. suppl.* 1. 2. 118. *t.* 74. *Hook. Tayl. musc. Brit.* 121. *t.* 29. *Engl. Bot. t.* 2007.

B. squalidum. *Villars fl. Delph.* 3. *p.* 889. *t.* 54.
B. stellare. *Engl. Bot. ex Arnotti synops. muscol. p.* 45.
B. obconicum *Nees. Nestler in lit.*
B. elegans. *Brid. bryol.* 1. 849.
B. marginatum. *Brid. bryol.* 1. 849?
B. foliis latiusculis congestis, capsulis longis nutantibus. *Dill. musc.* 398. *t.* 50. *f.* 67.
Mnium clavatum. *Hornsch. in hb. Sieber. Holl.*
Haartragendes Knotenmoos.
Habitat ad vias cavas, in umbrosis silvaticis et in alpibus, forte in omni terrarum orbe, ad Caput b. spei *et in* America bor. occidentali, *in* Camtschatca *et* Melville insulis, *in* Nov. Holland.; *vere, sed non ubique florens.* ♃.

Caulis *semuncialis, subramosus, ramis basi attenuatis.* Folia *terminalia in rosulam congesta, obovata, acuminata, nervo, in acumine folii, a cellulis cincto, demum emergente: siccitate funis instar contorta.* Flores *exigui:* antherae *octo*, paraphysibus *clavatis.* Pedunculus *sesquiuncialis, apice curvatus.* Capsula *horizontalis, demum inclinata, cylindrica, basi attenuata.* Peristomii interni cilia *dentibus vix breviora, bina aut solitaria.* Annulus *simplex.* Operculum *convexum, mucronulatum.*

B. elegans *folia breviora, eaque de causa eorum cellulas breviores, margines subtilius denticulatas, habet, sed non specifice discrepat; neque intelligo, quomodo* marginatum *differre possit, nam* marginis foliorum *crassities saepe valde notabilis est in* capillari.

8. BRYUM *Billarderii.*

B. caule mediocri bifido, foliis oblongis oblique cuspidatis immarginatis dentatis, capsula pendula incurva.
B. Billarderii. *Hedw. suppl. musc. I.* 2. 115. *t.* 76.
Billardierisches Knotenmoos.
Habitat in Nova Hollandia. *LaBillardiere.* ♃.

Differt a Bryo capillari folii *margine non conspicuo, nervi cuspide statim e folii apice emergente nec per* folii, *quod non acuminatum est, parenchymate cincto et breviore, sedecimam folii partem longo.* Capsula *paullum incurva. A* Bryo Auberti, *ut vicinae species differt dentibus folii nudo oculo minime conspicuis.* Peristomii interni cilia *gemina, quandoque connata.*

9. BRYUM *platyloma.*

B. caule brevi subramoso, foliis oblongis cuspidatis late marginatis serratis, capsula elongato-pyriformi pendula mammillata.

B. platyloma. *Hedw. suppl. musc. I.* 2. 116. *t.* 76.
Breitrandiges Knotenmoos.
Habitat in Madera. ♃.

Differt a Bryo capillari *omnium partium rigore*, folii *margine inter* Brya *latissimo, tres cellularum series aequante;* nervi *cuspide a parenchymate denudata, sextam folii longitudinis partem aequante.* Peristomium *solito longius, sedecim lineis pictum,* ciliis *geminis brevioribus, quam dentes peristomii interni.* Operculum *mammillatum.*

10. BRYUM *paradoxum.*

B. caule ascendente brevi, foliis ovato-acuminatis cuspidatis marginatis integerrimis, floribus lateralibus.
B. paradoxum. *Hedw. suppl.* 3. 1. *t.* 224.
Abweichendes Knotenmoos.
Habitat in India orientali. *Pr. Hooker.*

Caulis *procumbens, ramis erectis semuncia brevioribus, subsimplicibus.* Folia *erectiuscula, marginata, integerrima, nervo crasso in cuspidem, folii dimidiam latitudinem longam, exeunte, ferrugineo.* Flores masculi *ad basin ramorum vel caulis.* Foliorum calycinorum *acumine longo.* Pedunculus *sesquiuncialis, apice incurvus.* Capsula *semipendula, elongate pyriformis, curvula.* Operculum *convexum, mucronatum.* Peristomii interni dentes *lanceolato-acuminati, lacunis latis sex pertusi:* cilia *bina, dentes subaequantia, perangusta.* Calyptra *subulata.*

Habitus inter Brya *et* Hypna *intermedius. Proximum* Bryo capillari.

1. *foliis laxis erectis.* α. *solidinervibus.*
β. *lanceolatis vel ovato-lanceolatis cuspide longa.*

11. BRYUM *caespiticium.*

B. humile subsimplex, foliis ovato-lanceolatis acuminatis cuspidatis integerrimis, capsula pyriformi pendula.
B. caespiticium, antheris pendulis, foliis lanceolatis acuminato-setaceis, pedunculis longissimis. *Linn. spec. pl.* 2. 1586. *Hedw. spec. musc.* 130. *Ej. suppl. I.* 2. 109. *Hook. Tayl. muscol. Brit.* 127. *t.* 29. *Engl. bot.* 1904. *Funk crypt. exsicc. fasc.* 11. *n.* 213. *Ej. herbar. musc.* 48. *t.* 30. *Blandow crypt. exsicc. fasc.* 3. 126.
B. nigricans. *Crome musc. exsicc. n.* 74.
B. cirratum. *Hornsch. ephem. bot. Ratisb.* 1819. 1. *p.* 90.
B. angustifolium. *Brid. bryol.* 1. 685. *Specimina Bridelii*

quaedam habent folia semidestructa, solo fere nervo residuo, alia illaesa et communi forma.

B. radiculosum. *Brid. bryol.* 1. 655. *folia nervo cuspidata.*

B. subrotundum *et* sphaericum. *Brid. bryol.* 1. 673?

B. pohliaeforme. *Brid. bryol.* 1. 687.

B. cernuum. *Brid. bryol.* 1. 851.

B. Kunzii. *Hornsch. ephem. bot. Ratisb.* 1819. 1. *p.* 90.

B. obconicum. *Hornsch. ms. ad Bruch. cilia trina, fructus e clavato teres iuventute, demum capsula pyriformis.*

Pohlia cernua. *Bruch. Brid. bryol.* 1. 851.

Pohlia bryoides. *R. Brown. supplem. append. ad iter Parryan.* 116?

Mnium caespiticium. *Hedw. hist. musc.* 2. 94. *t.* 3. *f.* 12. *t.* 10. *f.* 68. 69.

Webera affinis. *Bruch. in lit. Cilia bina lamellata.*

Pohlia uliginosa. *Bruch. ap. Brid. bryol.* 1. 841. *cilia bina.*

Cladodium uliginosum. *Brid. bryol.* 1. 841.

B. pendulum ovatum caespiticium et pilosum, seta bicolori. *Dill. musc.* 396. *t.* 50. *f.* 66.

Hypnum caespiticium. *Web. Mohr. crypt. Germ.* 283.

Muscus capillaceus minimus, capsula nutante, pediculo purpureo. *Vaill. Paris.* 134. *t.* 29. *f.* 7.

Muscus trichodes etc. *Morison. hist.* 3. *p.* 629. *s.* 15. *t.* 6. *f.* 15.

Rasenförmiges Knotenmoos.

Habitat ad terram nudam, muros limosos, lapides, fissuras rupium in omni terrarum orbe, vere fructiferum. ♃.

Caespites *late longeque saepe terram obtegentes.* Caulis *semuncialis aut rarius uncialis, simplex, subramosus, innovans post florem, innovationibus basi interdum aphyllis.* Folia *erecta, siccitate etiam erecta aut paullum torta in macilentis speciminibus, non vero contorta ut in* B. capillari, *ovato-lanceolata, integerrima, vix notabiliter marginata: nervo in cuspidem folii quartam, tertiamve partem longam emergente.* Flores *dioeci;* antherae *tereti-oblongae:* paraphyses *longiores, filiformes.* Capsula *pyriformis, brevis.* Membrana interna *oblonga, capsulae latitudine, longitudinis capsulae tripla parte brevior, in hac inferiore parte attenuata in cylindrum, capsula angustiorem, seminibus vacuum, contextu cellu-*

loso farctum; quod in plerisque Bryis *obtinet, quare siccitate basi contrahuntur capsulae et rugosae redduntur.* Peristomii interni dentes *lacunis subrotundis, permagnis pertusi.* Cilia *trina, vel gemina, rarius solitaria.* Annulus. Operculum *mammillatum.* Calyptra *subulata.*

De Pohlia bryoide *dubito. Vidi quidem specimina inter muscos Melvillianos descriptioni Brownianae* Pohliae b. *convenientia, quae vero peristomio ad* Br. caespiticium *transitum exhibent; nulla tamen ab ipso Brownio inscripta.*

12. BRYUM *pallescens.*

B. caule subramoso brevi, foliis ovato-lanceolatis cuspidatis integerrimis, capsula pyriformi elongata transversa.

B. pallescens. *Hedw. suppl. I.* 2. 107. *t.* 75. *Schleich. crypt. Helv. p.* 28.

B. speciosum. *Voit in Sturm. flor. Germ. crypt. fasc.* 14.

Pohlia intermedia. *Brid. muscol. suppl.* 3. 145. *t.* 2. *f.* 12. *Hedw. suppl. musc.* 1. 2. 67. *t.* 75.

Mnium intermedium. *Ludw. centur. musc.* 1. *n.* 81.

Hypnum boreale. ! *Web. Mohr. crypt. Germ.* 287. *specimina e monte Rathhausberg.*

Hypnum intermedium. *Web. Mohr. l. c.* 283. *t.* 10. *f.* 6.

β. longis et compactis caulibus.

B. contextum. *Hornsch. ephem. bot. Ratisb.* 1819. 1. 91.

Blasswerdendes Knotenmoos.

Habitat ad rupes subalpinas umbrosas Germaniae australis *et* borealis, *in* Pyrenaeis *legit Gay.* ♃.

Caulis *semuncialis.* Folia *erecta, ovata lanceolata, integerrima, nervo in cuspidem, folii octavam partem aequantem elongata;* Paraphyses *filiformes.* Pedunculus *duas tresve uncias longus, apice incurvus.* Capsula *pyriformis elongata, deinde transversa, tandem declinata.* Peristomium interius *pallide lutescens.* Cilia *trina, rarius bina, dentium fere longitudine.*

Webera *intermedia differt tantum flore hermaphrodito, et foliis apice subtiliter denticulatis; utraque nota in hoc musco non constans est.*

Simile Bryo caespiticio, *sed maius et diversum capsula elongata, eiusque parte basilari seminibus vacua longiore, seminiferam aequante.*

Weberam intermediam *distinxeram propter cilia triplo minora, dentibus peristomii interni et folia evidenter marginata, florem vero hermaphroditum; sed multiplici observatione doctus sum, has notas non esse constantes.*

13. BRYUM *longisetum.*

B. humile subramosum, foliis lanceolatis cuspidatis integerrimis, capsula pendula pyriformi microstoma.

B. longisetum. *Hedw. suppl. musc.* 1. 2. 125. *t.* 74.
Meesia nutans. *Willd. prodr. fl. Berol.* 843. *secundum Blandowium.*
Langstieliges Knotenmoos.
Habitat in pratis ad margines lacuum in Germania boreali, *cum* Bartramia Marchica. *Blandow.* ♃.

Caulis *semuncialis, erectus, subramosus.* Folia *densa, erecto-patula, lanceolata, integerrima, siccitate vix contorta: nervo cuspidem longam sistente.* Flores *dioeci: masculi in caulibus minoribus subsimplicibus.* Paraphyses *filiformes.* Pedunculus *uncias tres ad quinque altus.* Capsula *pendula, pyriformis, turgida.* Peristomii interioris *cilia bina, dentibus quintuplo breviora.* Operculum *convexum cum mucronulo.* Annulus *duplex.*

14. BRYUM *megalacrion.*

B. subramosum, foliis alternis lanceolatis longissime cuspidatis, capsula tereti-oblonga suberecta, operculo mucronulato.

B. megalacrion. *Hedw. suppl. musc.* 1. 2. 104. *t.* 71.
Langgespitztes Knotenmoos.
Habitat in insula Franciae. *Aubert Du Petit Thouars.* ♃.

Tota planta pollicem vix aequans. Caulis *simplex lineam longus.* Folia *remotiuscula, lanceolata, integerrima,* nervo *in cuspidem folio vix dimidio breviorem emergente, stricta.* Pedunculus *semuncialis et* capsula *erecta.* Peristomii interioris cilia *solitaria,* dentium *longitudine.* Annulus *simplex.* Operculum *convexum cum mucronulo, rufescens.*
Simile Bryo caespiticio, *sed multo minus.*

15. BRYUM *coronatum.*

B. subramosum, foliis erectis lanceolatis cuspidatis integerrimis, capsula basi gibba, operculo conico mammillato.

B. coronatum. *Hedw. suppl. musc.* 1. 2. 103. *t.* 72.
Gekröntes Knotenmoos.
Habitat ad rupes in montosis Jamaicae *Swartz, ibidem ad cavernam prope* Ipswich *D. Reider, in* Guiana *Claud. Richard, in* Cuba *D. Poeppig, in* Otaheite *A. Menzies, in* Nipal *P. Hooker.* ♃.

Caespites *lati, ferruginei.* Caules *erecti et in consortio ascendentes, unciales, subramosi, tenues.* Folia *lanceolata, superiora lanceolata integerrima aut margine inaequalia; nervo in cuspidem, sextae folii parti aequalem, emergente.* Flores *dioeci, gemmiformes, terminales:* masculorum folia *intima enervia.* Antherae *magnae, turgidae.* Paraphyses *nullae, neque in femineo flore.* Pedunculus *uncialis aut sesquiuncia-*

lis. Capsula *pendula*, *ovato-oblonga*, *basi incrassata et gibba*, *quasi corona protuberante gibberulosa cincta.* Peristomii interni dentes *lacunis quinis:* cilia *trina.* Annulus *latus, simplex.* Operculum *breviter conicum*, *mammillatum*, *firmum*, *nitens.* Calyptra *ferruginea.*

1. *foliis erectis.* α. *solidinervibus.*
δ. *lanceolatis*, *cuspide brevi aut nulla.*

16. BRYUM *apiculatum.*

B. longum apice ramosum, foliis lanceolatis strictis apice serratis, pedunculo arcuato, capsula pyriformi longicolli.

B. apiculatum. *Hedw. suppl. musc.* 1. 2. 102. *t.* 72.
Mnium apiculatum. *Pal. aetheog.* 73.
Kurzgespitztes Knotenmoos.
Habitat in America meridionali. *Pr. Cl. Richard.* ♃.

Caulis *uncias duas vel tres longus*, *tenuis.* Folia *lato-lanceolata*, *brevissima*, *subintegerrima: nervo in exiguam cuspidem exeunte:* cellulis *maioribus quam specierum similium.* Pedunculus *uncia paullo longior.* Capsula *pyriformis*, *basi attenuata*, *horizontalis*, *paullum declinata.* Peristomii externi dentes *lati:* interni membrana *lutescens*, *fusco lineata;* dentes *quaternis lacunis;* cilia *bina*, *dentibus trientem minora.* Annulus *simplex*, *angustus.* Operculum *convexum*, *mammillatum.*

17. BRYUM *erythrocarpon.*

B. humile subramosum, foliis lanceolatis cuspidulatis dentatis solidinervibus substrictis, capsula pendula oblonga sub ore constricta.

B. erythrocarpon. *Hedw. suppl. musc.* 1. 2. 100. *t.* 70.
Web. Mohr. crypt. Germ. 279.
B. atrovirens. *Vill. flor. Delph.* 3. 376. *e specimin.*
B. sanguineum. *Brid. bryol.* 1. 671.
Rothfrüchtiges Knotenmoos.
Habitat in arenosis humidiusculis Saxoniae superioris *et* inferioris, Megapoli, *prope* Gap *in* Delphinatu *et in* Pensilvania; *verno tempore fructiferum.* ♃.

Caulis *lineas tres vel sex altus*, *innovando ramosus*, *tenuis.* Folia *erectiuscula*, *lanceolata*, *denticulata: nervo crasso*, *rufescente*, *ad apicem attingente vel paullum emergente.* Pedunculus *uncialis*, *raro sesquiuncialis.* Capsula *pendula*, *rufa.* Peristomii interni cilia *bina*, *dentibus duplo breviora.* Operculum *convexum*, *mammillatum.*

E minoribus speciebus: a delicatulo *capsula, et nervo non evanescente, a* caespiticio *nervo parum aut non emergente* differt.

18. BRYUM *alpinum*.

B. longum ascendens: ramis siccitate cuspidatis rufofuscis, foliis strictis lanceolatis solidinervibus, capsula sublaterali pyriformi pendula.

B. alpinum, anthera pendula oblonga, foliis ovatis acuminatis carinatis, surculis ramosis axillis pedunculiferis. *Linn. Mant.* 2. 309. *Hedw. suppl. musc.* 1. 2. 98. *t.* 73. *Engl. Bot.* 23. *t.* 2623. *Hook. Tayl. muscol.* 124. *t.* 28. *Moug. et Nestl. crypt. exsicc. n.* 221. *Funk crypt. exsicc.* 22. *n.* 455. *herbar. musc.* 47. *t.* 30. *Fl. Dan. t.* 987.

Mnium alpinum. *Linn. meth. musc.* 366.

Bryum hypnoides pendulum sericeum, coma insigni atrorubente. *Dill. musc.* 394. *t.* 50. *fig.* 64.

Alpen Knotenmoos.

Habitat in alpinis insolatis et subalpinis Sueciae, Germaniae, Galliae, M. Voges. *P. Nestler*, Lusitaniae, Corsicae; Americae hyperboreae, *D. Richardson*, *aestate florens.* ♃.

Caules *dense caespitosi, unciales et biunciales,* ramosi, *fastigiati, post florem innovantes.* Folia *densa, octofariam sibi incumbentia, erecta, subdenticulata, tenacia, e rufo fusca vel nigra, nervo ad apicem pertingente.* Flores *dioeci terminales:* masculi *foliis caulinis operti.* Antherae 20. Paraphyses *antheris duplo fere longiores, filiformes.* Feminei flores *mox laterales fiunt propter innovantem caulem.* Pedunculus *unciam paullum superans.* Capsula *exacte pyriformis, fusca.* Peristomii interni dentes *cuspidati, lacunis vix conspicuis:* cilia *dentibus paullo breviora, capillaria, solitaria.* Operculum *convexum, mucronulatum.* Annulus *e triplici strato cellularum.*

Colore fusco et rigiditate partium e longinquo distinguitur.

19. BRYUM *pyriforme*.

B. caule simplici, foliis linearisubulatis strictiusculis solidinervibus, capsula nutante pyriformi.

B. pyriforme. *Hedw. hist. musc.* 1. *t.* 3. *f.* 12. *stamina. Hook. Tayl. muscol. Brit.* 118. *t.* 28. *etc.*

B. aureum. *Schreb. spicil. Lips.* 81. *Engl. Bot.* 389.

B. pendulum. *Ehrh. pl. cr. exsicc.* 163.

B. mnioides. *Linn. syst. nat. ed. Gmel.* 2. 1330.

Mnium pyriforme. *Linn. spec. pl.* 2. 1576.

Webera pyriformis. *Hedw. stirp. crypt.* 1. 5. *t.* 3. *Mougeot et Nestl. crypt. exsicc. Vog. fasc.* 1. *n.* 31. *Funk herb. musc.* 38. *t.* 25.

Hypnum pyriforme. *Web. Mohr. crypt. Germ.* 274.

Bryum trichodes aureum, capitulis pyriformibus nutantibus. *Dillen. hist. musc.* 391. *t.* 50. *f.* 60.

Birnförmiges Knotenmoos.

Habitat in arenosis humidis, humosis, saxosis Europae, Asiae *et* Americae *frigidioris et frigidissimae, vere et aestate fructiferum.* ♃.

Caules *semunciales, minus densi, simplices.* Folia *e brevissima oblonga basi lineari-subulata, dentata, superiora longiora, recurva: nitentia, flava: nervo latissimo ad apicem perducto.* Flores terminales, *capituliformes, magni, hermaphroditi.* Antherae *exterius*, pistilla *interius posita, utraque plurima:* paraphyses *etiam copiosiores, filiformes.* Pedunculus *uncialis, apice inflexus, rufus.* Capsula *nutans, pyriformis, ventre crasso.* Annulus. Peristomium internum *tenerum, album, minus profunde fissum ut solent aliorum Bryorum;* dentes *lanceolati:* cilia *capillaria, lamellis ad singulum internodium.* Operculum *convexum, mammillatum.* Calyptra *flavescens, nitens.*

Propter florem hermaphroditum ad Weberas *duxit Hedwigius; sed quum hic aliis etiam* Bryis *competat, non sufficit ad separandam hanc speciem, quae capsulae forma et vero etiam peristomio a caeteris* Weberis *magis, quam a* Bryis, *discrepat.*

(1. *foliis laxis.*)

b. nervo ad apicem evanescente.

20. BRYUM *boreale.*

B. caule subramoso longo, foliis ovatis acuminatis ruptinervibus integerrimis, capsula ascendente tereti-oblonga.

B. boreale. *Hedw. suppl. musc. I.* 2. 96. *t.* 69.

B. turbinatum. *Swartz musc. Suec.* 49. *auctore Mohrio.*

Hypnum boreale. *Weber Mohr crypt. Germ.* 287. *excluso synonymo* Bryi Ludwigii.

Nordisches Knotenmoos.

Habitat in Sudetibus Germaniae, *C. Ludwig.* ♃.

Caulis *sesquiuncialis, aliquoties divisus et innovans.* Folia *ex obovato vel ovato acuminata: acumine dimidiam folii latitudinem aequante.* Flores *dioeci:* masculi paraphyses *antheris paullo longiores, filiformes.* Pedunculus *semuncialis, paullum flexuosus et apice inclinatus.* Capsula *ascendens sive inter transversum et erectum situm intermedia.* Peristomii in-

terni dentes *lacunis quinque pertusi:* cilia *dentibus duplo minora, capillaria.* Annulus *duplex.* Operculum *mammillatum, cum mucrone.*

21. BRYUM *Ludwigii.*

B. subsimplex ascendens, foliis lanceolatis obtusiusculis ruptinervibus subintegerrimis, capsula oblonga pendula, operculo convexo.

B. Ludwigii. *Hedw. suppl. musc.* 1. 2. 95. *t.* 68. *Arnott. synopsis musc.* 46.

B. Weigelei. *Spreng. Centur. plant. novar. p.* 42.

Ludwigs Knotenmoos.

Habitat in subalpinis ad Schneegrube *et* Weisswasser Sudetum, *C. Ludwig, in* Scotia *Arnott.* ♃.

Caulis *biuncialis, basi procumbens, radiculas hic illic ad axillas foliorum exserens.* Folia *inferiora ovata, superiora ovato-lanceolata, summa acutiora, denticulata tantum ad vitra valde convexa, margine inflexa: nervo crasso ferrugineo, ante apicem evanescente.* Flores *dioeci:* paraphyses *nullae.* Pedunculus *uncialis, basi flexuosus.* Capsula *basi paulum incurva.* Peristomii interni dentes *lacunis quatuor et duabus accessoriis infra singulum dentem:* cilia *terna vel bina capillaria.* Annulus *simplex.* Operculum *hemisphaericum, mammillatum.*

22. BRYUM *cellulare.*

B. caule subramoso brevi, foliis oblongis acutis ruptinervibus hyalinis laxe reticulatis, capsula teretiuscula.

B. cellulare. *Hedw. suppl.* 3. 1. *t.* 214.

Grosszelliges Knotenmoos.

Habitat in regno Nipal Indiae orientalis. *Pr. Hooker.* ♃.

Caules *erecti, parum inter se connati, semunciales aut unciales.* Folia *minus densa, patula, suprema erecta, oblonga, acuta, integerrima, limpida, margine aut consortio badia: nervo parum ex apice excurrente: cellulis e sexangulari oblongis.* Flores *dioeci.* Paraphyses *albidae.* Pedunculus *sesquiuncialis.* Capsula *e tereti pyriformis.* Operculum *convexum cum mucrone.* Calyptra *subulata.* Peristomium *non adest, quare num ad* Weberas *referri debeat, dubitari poterit.*

23. BRYUM *Wahlenbergii.*

B. caule subramoso: masculo inferne calvo, foliis cordato-ovatis acutis ruptinervibus serrulatis, capsula turbinata pendula.

B. Wahlenbergii. *Hedw. suppl. musc.* 1. 2. 92. *t.* 70.

Hypnum Wahlenbergii. *Web. Mohr. crypt. Germ.* 280.

Mnium albicans. *Wahlenberg flor. Lappon.* 353.

Bryum nitens. *Swartz. ms.*

Wahlenberg's Knotenmoos.

Habitat in glareosis irriguis alpium Lapponiae, *raro fructiferum W.*, *in* Scandinavia *ad latitudinis gradum* 70. *Sw.*, *in* Helvetiae *monte* Splügen, Schleicher; *in m.* Rathhausberg Salisburgensi, *P. Hornsch.*, *in insulis* Danubii Ratisbonae *Funk.* ♃.

Caulis *radiculosus*, *uncialis*, *innovando ramosus*, *fastigiatus*: masculi *basi nudi.* Folia *minus densa*, *erecto-patula*, *cordata*, *superiora cordato-ovata*, *summa lanceolata*, *acuta*, *apice serrulata*, *saepe albida*: *nervo ad apicem evanescente*, *rarius pertingente.* Flores masculi *gemmiformes*: paraphyses *filiformes*, femineo flori *nullae.* Pedunculus *semuncialis aut uncialis.* Capsula *pendula*, *breviter pyriformis*, *vetusta ore amplo*, *unde turbinatae forma.* Peristomii interni dentes *lacunis quinis*; cilia *dentium fere longitudine*, *bina*, *capillaria.* Operculum *convexum*, *mucronulatum.*

24. BRYUM *carneum.*

B. caule simplici mediocri, foliis lanceolatis ruptinervibus denticulatis, capsula subrotunda pendula badia.

B. carneum, antheris pendulis subglobosis, foliis acutis alternis. *Linn. sp. pl.* 2. 1587. *Hook. Tayl. muscol. Brit.* 119. *t.* 28. *Engl. Bot.* 360. *Funk. herb. musc.* 47. *t.* 29.

B. delicatulum. *Hedw. stirp. crypt.* 1. 52. *t.* 20.

B. compactum. *Dicks. fasc.* 4. 15. *t.* 11. *f.* 11. *Engl. Bot.* 1359. *secundum herbaria Turneri et Taylori.*

B. melanodon. *Brid. bryol.* 1. 845.

B. radiculosum. *Brid. bryol.* 1. 655.

B. coarctatum. *Schulz ephem. botan. Ratisb. Sylloge pl.* 2. 191.

Mnium rubellum. *Palis. B. aetheog.* 76. *e specimin.*

B. lanceolatum pellucidum, capsulis subrotundis, pedunculis carneis. *Dill. musc.* 400. *t.* 50. *p.* 69. *Buxb. cent.* 2. *p.* 5. *t.* 2. *f.* 6.

β. B. atropurpureum. *Wahlb. fl. Lapp.* 360.

B. bicolor. *Dicks. fasc.* 4. 16. *Turn. musc. Hib.* 121. *t.* 11. *f.* 2.

B. erythrocarpon. *Brid. bryol.* 1. 654.

Fleischrothes Knotenmoos.

Habitat in arenosis, nudis, humidis, inter gramina tenuia per omnem Europam, Pensilvaniam *et* Americam frigidiorem; *β. in alpibus*, *hieme et vere.* ♃.

Caulis *semuncialis*, *tenuis*. Folia *remotiuscula*, *inferiora patula*, *superiora erecta*, *lanceolata*, *denticulata; nervo rufescente*, *ante apicem evanido*. Flores *dioeci*: masculi *praegrandes*: paraphyses *filiformes*. Pedunculus *semuncialis aut uncialis*, *flexosus*, *apice incurvus*, *rufus*. Capsula *pendula*, *oblonga*, *brevis*, *ore demum amplo*. Peristomium *pro ratione capsulae longum*: internum *albidum*, ciliis *dentium magnitudine*, *capillaribus*, *solitariis*. Operculum *convexum cum mucrone*. Annulus.

Varietas β. tantum parvitate et capsula etiam breviore, globosa et saturatius colorata differt. B. melanodontis *nec peristomii dentes longiores, nec pedunculi brevlores sunt, quam qui inter vulgaria specimina* carnei *reperiri possunt.*

25. BRYUM *pulchellum*.

B. caule simplici brevissimo, foliis lanceolatis ruptinervibus denticulatis strictis, capsula subrotunda pendula viridibadia.

B. pulchellum. *Hedw. stirp. crypt.* 3. 95. *t.* 38.

Schönes Knotenmoos.

Habitat in tenui gramine vel terra nuda in alpibus Lapponiae *et* Islandiae. ♃.

Praecedenti persimile; sed folia *erecta*, caules *gracillimi*, *et color partium distinguunt. Desunt mihi peristomia matura in speciminibus Hedwigianus.*

2. *foliis arcte imbricatis.*

26. **BRYUM** *dichotomum.*

B. caule dichotomo longo, foliis imbricatis ovatis acuminatis solidinervibus, pedunculo arcuato-incurvo.

B. dichotomum. *Hedw. spec. musc.* **183.** *t.* **42.**

Gabelästiges Knotenmoos.

Habitat in **Nova Seelandia.** ♃.

Caulis *uncialis aut sesquiuncialis*, *gracilis*, *tenuissimus inter* **Brya**, *statim a basi aut ultra medium partem pone flores divisus*, *fastigiatus*: **masculus** *simplex*, *longus*. **Folia** *ovata*, *acuta: nervo ad apicem pertingente*, *rufo*. **Vaginula** *turgida*. **Pedunculus** *semuncialis*, *erectus*, *deinde arcuatus*. **Capsula** *pendula*, *minuta*, *ovata*, *fusca*. **Peristomium internum** *album*.

27. **BRYUM** *iulaceum.*

B. caule fasciculato-ramoso, foliis imbricatis ovatis obtusiusculis ruptinervibus, capsula teretiuscula.

B. iulaceum. *Schrader spicil. fl. Germ.* **70.** *Hook. Tayl. muscolog.* **118.** *t.* **28.** *Hooker ap. Kunth. synops. plant. aequinoct.* **1. 56.** *Hedw. suppl. musc.* **2. 2. 157.** *t.* **196.**

B. filiforme. *Dicks. fasc.* 4. 16.
B. argenteum. *β. Linn. sp. pl.* 2. 1586.
B. semiovatum. *Brid. bryol.* 1. 847.
B. pendulum, surculis teretibus viridibus, *Dill. musc.* 395. *t.* 50. *f.* 63.
Kätzchenartiges Knotenmoos.
Habitat rarius in apricis glareosis montium, frequentius in alpium graminosis Europae, insularum Canariensium *Pr. Taylor*, Indiae orientalis et in Andibus. *Vere in depressis, aestate in alpibus fructiferum.* ♃.

Caules *compacti, semunciam ad duas uncias alti, graciles, teretes, subramosi.* Folia *erecta, imbricata, ovata, obtusa, rarius acuta, concava, ob concavitatem videntur magis obtusa, integerrima, rarius denticulata, laete viridia, aetate badia: nervo ad ultimum apicem evanescente, rarius* (*ut in* semiovato) *continuo, cellulis oblongis.* Flores *dioeci.* Pedunculus *uncialis.* Capsula *tereti-oblonga, ascendens, siccitate pendula.* Operculum *convexum cum mucrone.* Peristomium *internum luteum,* dentibus *lacunas tres lineares exhibentibus.* Calyptra *lutescens.*

28. BRYUM *Funkii.*

B. subsimplex, foliis quadrifariam imbricatis oblongis cuspidatis crassinervibus albo-viridibus, capsula pyriformi brevi.
B. Funkii. *Hedw. suppl. musc.* 1. 2. 89. *t.* 69.
B. iulaceum. *Funk crypt. exsicc. fasc.* 10. *n.* 194. *excluso synonymo Schraderi.*
B. badium. *Bruch. Brid. bryol.* 1. 831.
B. Ferchelii. *Brid. bryol.* 1. 848. *non differt.*
Funk's Knotenmoos.
Habitat ad muros vetustos et rupes e saxi specie, *quae Grünstein a geognostis vocatur, ad arcem* Berneck montis piniferi Bavariae *Funk, ad rupes urbis* Rio Janeiro *in* Brasilia *Beyrich, nec non in* Germania boreali *D. Schulz.* ♃.

Caulis *tres ad sex lineas longus, basi nudiusculus, apice incrassatus, ramum unum alterumve semipollicarem edens, tenues, teretiusculos.* Folia *caulina infima ovata, superiora ovato-lanceolata, cuspidata, integerrima; pellucida, ex albo-viridia: nervo crasso, brevem cuspidem sistente, rufo.* Pedunculus *sesquiuncialis, erectus.* Capsula *infra transversum situm paullo inclinata, ore amplo, badia.* Peristomium internum *luteum,* dentes *quatuor, magnis lacunis pertusi:* cilia *solitaria, dentium fere longitudine.* Annulus *simplex.* Operculum *convexum, cum mucronulo, magis minusve prominulo.*

29. BRYUM *argenteum.*

B. subsimplex, foliis imbricatis cordato-ovatis acuminatis solidinervibus albidis, capsula pyriformi pendula.

B. argenteum, antheris pendulis, surculis cylindricis imbricatis laevibus. *Linn. spec. pl.* 2. 1586. *Hedw. hist. musc.* 2. 94. *t.* 6. *f.* 29. *planta novella e semine. Engl. Bot.* 1602. *Hook. Tayl. muscol. Brit.* 126. *t.* 29. *Funk herb. musc.* 46. *t.* 29.

Bryum argenteum β. muticum, argyroides. *Brid. bryol.* 1. 846.

Mnium argenteum. *Pal. Beauv. aeth.* 74.

Mnium lanatum. *Pal. l. c.* 75.

Bryum pendulum iulaceum argenteum et sericeum. *Dill. musc.* 392. *t.* 50. *f.* 62. *Vaill. Paris.* 134. *t.* 26. *f.* 3. *Moris. hist.* 3. *p.* 627. *s.* 15. *t.* 6. *f.* 17.

Silberfarbiges Knotenmoos.

Habitat in ericetis, terra nuda aut tenui gramine adspersa, ad muros et ad saxa in omni terrarum orbe, *etiam in calidis et frigidis non deest, accepi enim ex* insula Melville, Iamaica, Brasilia, regno Nepalensi *etc. Tempore pluvioso fructificat.* ♃.

Caespites *densi, albidi, quasi argentei.* Caulis *semuncialis, uncialis aut sesquiuncialis, simplex aut dichotomus.* Folia *cordata, superiora ovata, acuminata, summa cuspidata, quandoque cuspide folii longitudinem aequante, concava, integerrima, limpida, consortio viridi alba; nervo ad apicem pertingente, aut emerso in cuspidem, pallide lutescentem, siccitate albam, cellulis subquadratis in basi, longioribus versus apicem, quod contrarium est in caeteris muscis.* Flores *dioeci, rarius hermaphroditi, ovati:* antherae *tereti-oblongae, albidae:* paraphyses *paucae, filiformes, antherarum longitudine, saepius nullae:* pistilla *turgida, albida, post florendi tempus eleganter badia.* Vaginula *turgida, lutescens.* Pedunculus *semuncialis, uncialis, sesquiuncialis.* Capsula *pendula, oblonga, sub ore constricta, lutea, badia, demum fusca.* Annulus *duplex.* Peristomium externum *ferrugineum:* internum *lutescens:* dentes *quinis lacunis, perangustis:* cilia *solitaria, dentibus aequalia, aut paullum breviora.* Operculum *convexum,* cum *mucrone prominulo, ferrugineum.* Calyptra *subulata, intense badia, basi demum lutescens.*

Neque Mnium lanatum *differt, nam folia terminalia saepe longa cuspide instruuntur; specimina Indica et Brasiliensia magis candida sunt, lutescentia ex Andibus Kunthius vidit; neque* argyroides *Brid., licet hoc nervo ad apicem evanescente distinguatur, nam haec nota non constans est et omnia alia signa conveniunt cum signis speciei vulgaris speciminum emaciatorum.*

III. POHLIA.

Hedw. stirp. crypt. 1. 105. *t.* 36.
Pohl, Archiater electoris Saxoniae. † 1805.

Peristomium *duplex, utrumque sedecim dentatum,* internum *membrana ad mediam partem fissa in* dentes *bicrures, cum externis alternantes.*

Flos *terminalis, capituliformis, hermaphroditus aut sexu distinctus.*

Capsula *aequalis, pyriformis.*

Caules *breves, simplices, aut subramosi.* Folia *erecta, rigidula, ovato-acuminata, denticulata, cellulis subquadratis.* Flores *ubi hermaphroditi sunt, interdum folia inter stamina exteriora gerunt (minus iuste cum spicis caricum androgynis comparati).* Pedunculi *caule altiores, apice curvati.* Capsula *pyriformis, brevis, aequalis, ore angusto.* Operculum *convexum cum mucrone.* Peristomium *internum lutescens, basi externo adhaeret, ut difficillime solvi, et conspici commode queat, nisi casu aut cultro demti fuerint externi.* Calyptra *subulata, latere fissa.*

1. POHLIA *inclinata.*

P. caule subsimplici, foliis laxis ovato-acuminatis cuspidatis subdentatis, capsulis pendulis.

P. inclinata. *Swartz musci Suec.* 45. 96. *t.* 5. *f.* 11. *Hedw. suppl.* 1. 2. 73. *t.* 63. *Funk herb. musc.* 42. *t.* 27. *Sturm flor. Germ. crypt. fasc.* 11.

Cladodium inclinatum. *Brid. bryol.* 1. 621.

Leskea inclinata. *Web. Mohr. crypt. German. p.* 244 *et* 482.

Geneigte Pohlia.

Habitat in uliginosis Sueciae, *Pr. Swartz.*, Germaniae borealis, *in arenosis* Bipontii, *Bruch, in alpibus* Carinthiae *et* Salisburgi *prope* Heiligenblat, Lend, *vere et aestate.* ♃.

Valde similis Bryo caespiticio, *sed constanter diversa peristomio.* Caules *in densos caespites connati, semunciales.* Folia *erecta, ovato-acuminata, denticulata:* nervo *in cuspidem emergente.* Flores *hermaphroditi:* paraphysibus *filiformibus.* Pedunculus *sesquiuncialis.* Capsula *pyriformis,* ore *perangusto, fusca.* Annulus. Peristomii interni *membrana lutescens:* dentes *externorum longitudine, lacunis quatuor aut paucioribus, basi externis adnati, membrana ad interstitia laevis.* Operculum *convexum, cum acumine acuto.* Calyptra *subulata, capsula minor, lutescens.*

2. POHLIA *imbricata*.

P. caule ramoso tenui fastigiato, foliis imbricatis ovatis cuspidatis integerrimis, capsula oblongo-pyriformi, operculo obtuso conico.

P. imbricata. *Hedw. suppl. musc.* 1. 2. 72. *t.* 64.

Dachziegelförmige Pohlia.

Habitat in alpibus Helvetiae, *Schleicher*; *aestate fructifera.* ♃.

Caules *uncias quatuor alti*, *basi ramosi.* Folia *densa*, *erecta*, *imbricata*, *ovato-acuminata*, *cuspide quintam folii partem aequante*: nervo *emergente*, *saturate viridia.* Flores *dioeci*, foliis *strictis*, *longius cuspidatis*: paraphysibus *in utroque flore filiformibus.* Pedunculus *uncialis*, *apice incurvus.* Capsula *pyriformis*, *elongata*, *ore angusto*, *fusca.* Annulus. Peristomium internum *pallide luteum*: dentes *lanceolati*, *externi aequales.* Operculum *conicum*, *obtusum.* Calyptra *subulata*, *lutescens*, *apice fusco.*

3. POHLIA *brachycarpa*.

P. caule subramoso, foliis lanceolatis denticulatis solidinervibus, capsula nutante pyriformi.

P. brachycarpa. *Linn. syst. vegetab. ed. Sprengel.* 4. 1. 189.

P. brachycarpa. *Hornsch. ephem. bot. Ratisb.* 1819. 96., xanthocarpa 97., arcuata 98., tenella 95., polyseta 99., *innovationibus simplicibus praelongis* vegeta 101.; *ramosis* polymorpha 100., *primariis et secundariis proliferis* gracilis 100.; *foliis patentibus* patens 101. (vegetae *et* patentis *peristomia non vidi*).

Bryum caespiticium *et* subsphaerocephalum. *Brid. bryol* 1. 850. *flores dioeci*, *peristomium utique Pohliae.*

Kurzfrüchtige Pohlia.

Habitat in alpibus Salisburgis, Carinthiae *et* Tyrolis, *aestate fructifera.* *P. P. Hornschuch*, *Kunze*, *Hoppe*, *Funk.* ♃.

Caespites *densi*; *ubi caules innovant*, *laxiores.* Caules *semunciales*, *innovando unciales.* Folia *erecta*, *lanceolata*, *denticulata*, *cellulis laxioribus*: nervo *ad apicem usque perdurante*, *sed vix emergente.* Flores *utplurimum hermaphroditi*: staminibus *extus positis et* folio *uno alterove interstinctis*; pistillis *medium locum tenentibus*: paraphysibus *filiformibus.* Pedunculus *uncialis*, *erectus*, *aut apice arcuatus.* Capsula *a transversa ad pendulam directionem aetate varians*; *pyriformis*, *brevior*, *ob partem seminiferam longiorem quam basilarem*, *semi-*

nibus vacuam. Annulus. Peristomium internum dentibus *cum externis alternantibus, interstitiis externo denti agglutinatis, utplurimum integris, quandoque ut in* tenella *minutissimo denticulo instructis.* Operculum *convexum, mucrone magis minusve conspicuo.* Calyptra *flavescens, apice fusco.*

4. POHLIA *lacustris.*

P. caule interrupte folioso subramoso, foliis spathulato-ovatis acuminatis integerrimis, capsula pyriformi brevi pendula.

P. lacustris. *Bruch. in lit.*

Mnium lacustre. *Blandow. musc. exsicc. fasc.* 3. 132. *Hedw. suppl. musc.* 1. 2. 124. *t.* 79. *Sturm fl. Germ. crypt. fasc.* 10.

Bryum Webera lacustris. *Brid. bryol.* 1. 637.

Hypnum lacustre. *Web. Mohr. Crypt. Germ.* 285.

Teich Pohlia.

Habitat in arenosis glareosis humidis ducatus Megapolitani *prope oppidum* Wahren *ad* lacum Müritz, *Blandow et* Bipontii, *Bruch.*

Radix *capillacea in basi et ad innovationes.* Caulis *semuncialis aut sesquiuncialis, flexuosus, pone florem innovans, ramis longitudine inaequalibus.* Folia *spathulato-ovata, brevi acumine instructa, integerrima aut subtilissime denticulata, nervo ad apicem perdurante aut rarius evanescente: cellulis parallelogramis, basilaribus quadratis minoribus.* Flores *hermaphroditi, longioribus* foliis *cincti decem, propriis minoribus quaternis;* paraphyses *filiformes.* Pedunculus *sesquiuncialis, apice inflexus.* Capsula *pyriformis, brevis, pendula.* Annulus. Peristomium internum *lutescens, adhaerens basi externo:* dentes *alternantes cum* externis, *latioribus lacunis quaternis pertusi: interstitiorum cuspides duae, brevissimae.* Operculum *convexum, mammillatum.* Calyptra *subulata.*

Habitu et peristomio convenit cum Pohliis, *et cellulis etiam foliorum differt a* Mniis; *peristomio, capsula et habitu a* Weberis.

5. POHLIA *cucullata.*

P. caule simplici innovante, foliis lanceolato-oblongis ruptinervibus erecto-incurvis, capsula oblonga pendula, operculo obtuso.

Bryum cucullatum. *Hedw. suppl. musc.* 1. 2. 94. *t.* 68.

Bryum obtusifolium. *Vill. flor. Delphin.* 3. 882. *secundum Brid. bryol.* 1. 649.

Kaputzenförmige Pohlia.

Habitat in Finmarkia, Groenlandia *P. Gieseke*, *et in alpe* Retschütz Carinthiae *prope* Heiligenblut, *aestate fructifera.* ♃.

Caulis *semuncialis, quandoque innovans.* Folia *sparsa: inferiora subcordata; superiora lanceolato-oblonga, obtusiuscula, (aut in aliis subacuta) non dentata sed quasi subrepanda, carinata, apice incurva; nervo fusco, versus apicem evanescente.* Pedunculus *uncialis, apice repente inflexus.* Peristomii interni dentes *lacunis exiguis pertusi:* cilia *solitaria, dentibus triplo breviora et peristomio externo appressa,* Annulus. Operculum *planiusculum, centro elevatum, tuberculo medio, lato.* Calyptra *subulata.*

6. POHLIA *Varenensis.*

P. caule subramoso prolifero, foliis ovato-acuminatis denticulatis ruptinervibus, capsula breviter pyriformi pendula.

Bryum Warneum. *Blandow in litt. Brid. bryol.* 1. 675.

Bryum caespiticium var. *Hedw. suppl. musc.* 1. 2. 109.

Bryum flagellare. *Brid. Mantiss. musc.* 118.

Wahrensche Pohlia.

Habitat in arenosis ad ripas fluviorum et lacuum in ducatu Megapolitano, *prope* oppidum Wahren, *Septembri fructifera, Blandow.* ♃.

Caespites *minus densi.* Caules *semunciales, erecti, semel aut bis divisi, rigidi, apice quandoque in flagella incurva, apice aphylla exeunte.* Folia *erecta, minus densa, ovato-acuminata, badia: nervo pone apicem evanescente: cellulis parallelogrammis.* Flores *dioeci, capituliformes.* Folia calycina *et* antherae *copiosae, illa intima enervia.* Paraphyses *filiformes.* Pedunculus *biuncialis, apice inflexus.* Capsula *brevis, pyriformis, fusca.* Operculum *convexum cum mucrone.* Peristomii interni dentes *externis aequales et interpositi:* cilia *bina, minima, dentibus externis adnata.*

Adsunt bulbi in axillis foliorum, qui abeunt in plantulas et radices edunt, absque eo, ut a planta deciderint.

7. POHLIA *arctica.*

P. foliis ovato-acuminatis solidinervibus margine incurvo subintegerrimis, capsula pendula pyriformi-oblonga, operculo hemisphaerico.

P. arctica. *R. Brown. supplem. append. ad iter Parryan. p.* 196. *Hedw. suppl. musc.* 3. 2. *t.* 272.

β. P. purpurascens. *R. Brown. l. c. p.* 197.

Hemisynapsium purpurascens *et* arcticum. *Brid. bryol.* 1. 606.

Bryum rutilans. *Brid. bryol.* 1. 684. *Brideliana specimina folia quaedam habent apice ex senio albida.*

Purpurfarbene Pohlia.

Habitat magnis caespitibus in insula Melville Americae polaris, *rarius fructifera.* Sabine *navarchus.* ♃.

Caules *unciales vel sesquiunciales, simplices aut saepius ramosi, tomento fusco irretiti.* Folia *ovato-acuminata, iuniora dentata, seniora ob marginem reflexum integerrima, uno tamen alterove dente superstite, carinata, viridia; in β. purpureo-fusca: neruo crasso, ad apicem pertingente, ferrugineo: cellulis parallelogrammis.* Flores *terminales, oblongi:* folia *erecta, caulinorum similia.* Antherae *et* pistilla *mixta, non foliis ab invicem separata, illae lutescentes, haec fusca.* Pedunculus *sesquiuncialis, apice incurvus.* Capsula *pendula, e pyriformi-oblonga, fusca.* Peristomii interni dentes *externorum longitudine, angustiores, lutei:* membrana basilaris *lutea inter* dentes *mutica, sive* ciliis *destituta.* Operculum *hemisphaericum, cum mucrone exiguo, acuto, concolor.* Calyptra *fusca.*

8. POHLIA *bryoides.*

P. foliis ovato-lanceolatis integerrimis margine recurvis, capsulis pyriformibus oblongis, operculo conico, floribus masculis capitato-discoidibus.

P. bryoides. *R. Brown. append. ad it. Parryan.* 196. *Plantam Brownii non vidi.*

Hemisynapsium bryoides. *Brid. bryol.* 1. 605.?

Knotenmoosartige Pohlia.

Habitat in ins. boreali Melville. ♃. *Mihi non visa.*

Synonymon Bridelii bryol. 1. 840. *ex Ins.* terra nova *habet folia argute serrata et videtur differre.*

9. POHLIA *calophylla.*

P. longissima, foliis ovatis obtusis concavis ruptinervibus integerrimis margine undulatis, capsulis pendulis obovatis.

Bryum calophyllum. *R. Brown. supplem. append. ad iter Parryan. p.* 196.

Bryum intricatum. *Brid. bryol.* 1. *p.* 680.

Cladodium calophyllum. *Brid. bryol.* 1. *p.* 622.

Schönblättrige Pohlia.

Habitat in insula polari Melville, *P. Voigt. Fructum non vidi.* ♃.

Caules *uncias duas ad quinque alti, innovando ramosi, in caespites fusco tomento compacti.* Folia *densa, subdecurrentia,*

ovata, obtusa, margine undulata, fusca, superiora purpurea aut luteo-viridia; nervo crasso, saepius ad apicem evanescente quam perdurante. Pedunculus *sesquiuncialis, apice incurvus.* Capsula *pendula, obovata:* peristomium Pohliae *et* operculum *hemisphaericum secundum R. Brownium.*

10. POHLIA *turbinata.*

P. caule tereti, foliis oblongis mucronulatis integerrimis ruptinervibus subhyalinis, peristomii interni dentibus e compresso perangustis.

P. turbinata. *Hedw. suppl.* 2. 2. 150. *t.* 194.

Kreiselförmige Pohlie.

Habitat ad terram argillosam, in regno Nipal *cum Marchantia. Pr. Hooker.* ♃.

Caespites *densi.* Caules *semunciales, apice ramosi, teretes, badii.* Folia *imbricata, ovata, oblonga, mucrone minuto, acuta, ad microscopium compositum brevi mucrone instructa, fere hyalina, pallide badia: nervo versus apicem mox evanescente: cellulis praegrandibus, hexagonis.* Flores *dioeci.* Antherae *pellucidae.* Paraphyses *cylindricae.* Pedunculus *sesquiuncialis.* Capsula *pyriformis, ore amplo, badia.* Peristomii externi dentes *apice albidi:* interni membrana *lutea, profunde fissa in* dentes *carinatos, compressos et inde perangustos.* Operculum *convexum, mammillatum, capsulae concolor.*

11. POHLIA *Zierii.*

P. caule subsimplici, foliis imbricatis ovatis acuminatis solidinervibus argenteis, capsula declinata ovata longicolli.

Bryum Zierii. *Dicks. fasc.* 2. 8. *t.* 4. *f.* 10. *Hedw. spec. musc.* 182. *t.* 44. *Engl. Bot.* 1021. *Hook. Tayl. muscol. Brit.* 20. *t.* 29. *Schleich. crypt. exsicc.* 2. 38. *Funk herbar. musc.* 46. *t.* 29.

Mnium Zierii. *Pal. Beauv. aetheog.* 77.

Hypnum Zierii. *Web. Mohr. crypt. Germ.* 175.

Zier's Pohlia.

Habitat ad terram et rupes alpinas Britanniae, *Turner,* Scandinaviae, Lapponiae, *Swartz,* Sudetum, Germaniae australis *Ludwig,* Helvetiae *Schleicher,* Tyrolis *Funk, aestate fructifera.* ♃.

Caules *semunciales, subramosi, teretes, e viridi albicantes.* Folia *imbricata, ovata, acuminata, concava, e viridi argentea: nervo rufescente, ad apicem pertingente.* Flores *dioeci;* paraphyses *filiformes.* Pedunculus *semuncialis, raro uncialis, media parte inflexus aut arcuatus.* Capsula *ovata, collo e parte seminibus vacua, duplo longiore, badia.* Annulus. Pe-

ristomii membrana interna *crassa lutescens:* dentes interni *externis firmissime adnati, cum externis alternantes: intersti-tia dentium internorum, resectis cultri ope externis, lineas inter cellulas descendentes solito plus impressas sistunt, transversas vix conspicuas, et terminantur binis brevissimis cuspidibus.* Operculum *convexum, cum mucrone.* Calyptra *subulata.*

IV. PTYCHOSTOMUM.

Hornsch. ephem. bot. Ratisb. 1822. *syllog. plant. nov. p.* 62.
πτυξ, plica. στομα, orificium.

Peristomium *duplex:* externum *sedecimdentatum,* internum *dentato-ciliatum, externo firmiter adnatum.*
Flores *terminales, capituliformes.*

Habitus Bryorum. Caules *erecti, breves, subramosi.* Folia *erecta, rigida, solidinervia.* Flores *hermaphroditi, foliis minoribus cincti inter folia terminalia caulis.* Paraphyses *filiformes.* Pedunculi *caule duplo altiores, apice incurvi.* Capsula *pendula aut transversa, pyriformis, brevis, orificio angusto.* Peristomium *brevissimum:* internum *habet processus, dentium similes, externis dentibus aequales, et ciliorum similia fila, sed ita adnatum est externo, ut separari non possit.*
Genus affine Pohliae, *solo peristomio diversum, quae vero nota constans mihi videbatur.*

1. PTYCHOSTOMUM *cernuum.*

P. caule subramoso flaccido, foliis ovato-acuminatis subsolidinervibus siccitate subtortis.

P. cernuum. *Hornsch. ephem. Ratisb.* 1822. *syllog. plant.* 1. 64. *Brid. bryol.* 1. 600.
P. radiculosum. *Brid. bryol.* 1. 838.
Didymodon cernuum. *Swartz. musc. Suec.* 29. *et* 85. *t.* 1. *f.* 2.
Cynodontium cernuum. *Hedw. spec. musc.* 58. *t.* 9.
Swartzia radiculosa. *Brid. l. c.* 838. *cui adde: non Hedw. fil. ined. sed Ioann. Hedw. ms.*
Hängender Faltenmund.
Habitat in rupibus madidis calcareis Sueciae, *P. Swartz.* Valesiaca *specimina genuina non vidi.* ♃.

Planta ***simillima*** **Bryo capillari,** ***etiam quoad folia.*** **Caulis** ***sesquiuncialis, plerumque unum alterumve ramum edens.*** **Folia** ***ovata, acuminata, marginata, integerrima aut subdentata, evi-***

denter marginata, carinata, siccitate paullum torta, pellucida: nervo crasso, ad ultimum apicem in dorso reticulato, ut distingui a folio nequeat et evanescere videatur. Pedunculus *sesquiuncialis.* Capsula *pendula, pyriformis, brevis.* Peristomium internum *externo maxime adnatum, ut nullibi secedat.* Annulus. Operculum *convexum, cum mucrone.*

Swartziam radiculosam *dixerat J. Hedwig pater in manuscripto Specierum muscorum; sed hoc nomen ego suppressi, quia tum temporis Swartzianum specificum* cernui *nomen typis expressum iam exstabat.*

2. PTYCHOSTOMUM *compactum.*

P. caule brevissimo subsimplici, foliis ovato-acuminatis nervo cuspidatis strictis.

P. compactum. *Hornsch. ephemer. bot. Ratisb.* 1822. *Sylog. plant. nov.* 1. 62. *Brid.* 1. 598. *Hedwig suppl. musc.* 2. 1. 56. *t.* 115.

P. pendulum. *Hornsch. l. c.* 64.

P. caespiticium. *Brid. bryol.* 1. 837.

Dichtwachsender Faltenmund.

Habitat in alpibus Carinthiae, Grossglockner *ad* Salmshöhe, Tyrolis Tauschnitz *pr.* Kals *Funk, P. Hornschuch, et in terra arenosa et ad rupes arenosas irrigatas* Bipontii *Bruch; vere et aestate.* ♃.

Habitu simile minori Bryi caespiticii *specimini, sed folia duplo minora.* Caulis *semuncialis, simplex aut subramosus, rigidus, parvis foliis tectus.* Folia *erecta, rigida, ovata, cuspide longa, flexili, carinata, integerrima, margine incrassata, amoene viridia: nervo emergente, crasso, quasi corneo.* Folia calycina *nervo itidem instructa.* Paraphyses *copiosae, filiformes aut filiformi subulatae, curvulae.* Pedunculus *sesquiuncialis, apice incurvus.* Capsula *ore angusto, membrana crassa, fusca.* Peristomium *vix diametrum aperturae transversam dimidiam superans.* Operculum *convexum, mammillatum.* Calyptra *conico-subulata.*

3. PTYCHOSTOMUM *pulchellum.*

P. foliis ovato-lanceolatis acuminatis integerrimis, capsula sphaerico obovata, operculo hemisphaerico mutico.

P. pulchellum. *R. Brown. append. ad it. Parryan. p.* 197.

Schöner Faltenmund.

Habitat in arcticis. ♃. *Mihi non visum.*

V. MEESIA.

Hedwig stirp. crypt. 1. *p.* 1. *t.* 1. 2.

Meese experimenta de muscor. propagatione. Act. soc. Harlemens. X. 2. 171.

Peristomium *duplex:* utrumque dentibus *sedecim:* externum *brevibus, obtusis:* internum *acutis, opere reticulato connexis.*

Flores *terminales,* masculi *discoides, dioeci vel hermaphroditi.*

Capsula *obliqua.*

Habitus Bryi. Caulis *erectus.* Folia *rigidiuscula, angusta, laxe imbricata.* Capsula *pyriformis, curvula.* Peristomii externi dentes *cum* internis *alternant, eorumque interstitiis immittuntur:* Dentes externi *tenues sunt, transverse sulcati:* interni *perangusti, linea verticali ornati, filis transverse coniuncti.* Membrana interna *capsula dimidio brevior.* Columella *teres, crassa, apice quandoque mucronata.* Operculum *humile.* Calyptra *subulata, latere fissa.*

1. MEESIA *uliginosa.*

M. foliis lingulatis obtusiusculis integerrimis.

Hedw. stirp. crypt. 1. 1. *t.* 1. 2. *spec. musc.* 173. *suppl.* 1. 2. 82.

Bryum trichodes, antheris erectiusculis ore ciliato absque annulo, pedunculo longissimo. *Linn. spec. pl.* 2. 1585. *Hook. muscol. brit.* 116. *t.* 28. *Engl. Bot.* 1517.

Amblyodon uliginosum. *Pal. Beauv. aeth.* 41. *Act. soc. Linn. Par.* 1. 462. *t.* 8. *f.* 3.

Bryum trichodes aureum, capsulis incurvis obtusis in setis longis. *Dill. musc.* 389. *t.* 49. *f.* 58.

β. minor, foliis angustioribus rigidioribus brevis; aut quibusdam lanceolatis apice subulatis longior subramosa, caule pedunculi duas trientes longo.

Meesia stricta. *Brid. bryol.* 2. 61. minor *Hornsch. ms.*

M. minor. *Brid. bryol.* 2. 82. M. angustifolia. *Brid. l. c.*

M. alpina. *Funk in ephem. Ratisb.* 1825. *p.* 274.

Amblyodon minus. *Pal. Beauv. aeth.* 41.

Sumpf Meesia.

Habitat in paludosis, turfosis et alpinis omnis Europae, borealis Asiae *et* Americae. *β. in alpibus et borealibus schistosis et calcareis* Lapponiae, *Scotiae H.,* Au-

striae inferioris, Carinthiae *et* Salisburgi, Helvetiae *Schl.*, Pyrenaeorum *Gay*; *aestate fructifera.* ♃.

Caulis *uncia vix maior*, *saepe brevior.* Folia *lingulata*, *obtusiuscula*, *nervo apicem non attingente*, *quandoque lanceolato-subulata*, *suprema linearia*, *inferiora e lanceolato linearia aut subulata*, *integerrima*, *interdum serrulata*, *dum alia eiusdem speciminis folia integerrima sunt.* *Ex qua mira foliorum varietate species fictae sunt.* Flores *hermaphroditi aut dioeci.* Pedunculus *duas aut sexqui alteram*, *in minori unam*, *raro dimidiam unciam altus.* Capsula *brevior et magis erecta in alpinis curvula in depressis*; *etiam per aetatem directione varians.* Peristomii interni *dentes bicrures*, *cruribus connatis*, *filis transversis coniuncti.* Membrana interna *ovata*, *capsulam replens*, *sed dimidio brevior.* Columella *cylindrica.*

Meesia minor *discrepat tantum foliis angustioribus et statura duplo triplove minore*, *ut specimina intermedia ad vulgarem formam transitum exhibeant*; M. angustifolia *habet folia flaccida*, *lanceolato-linearia*, *nervo proxime ad apicem evanescente*, *notas variantes.*

2. MEESIA *longiseta.*

M. foliis ovato-lanceolatis trifariam patulis, peristomii dentibus basi parum connatis.

M. longiseta. *Hedw. stirp. crypt.* 1. 56. *t.* 21. 22. *suppl. musc.* 1. 2. *p.* 62. 63.

Mnium triquetrum, foliis trifariis patulis subulato-lanceolatis carinatis. *Linn. sp. pl.* 2. 1578.

Bryum triquetrum. *Turn. muscol. Hib.* 115. *Hook. Tayl. musc. Brit.* 117. *t.* 28. *Engl. Bot.* 2394.

Diplocomium longisetum. *Web. M. crypt. Germ.* 874. *Moug. et Nestl. n.* 327. *Funk hb. musc.* 48. *t.* 27.

Diplocomium hexastichum, foliis ovato-lanceolatis integerrimis. *Funk l. c. Brid. bryol.* 2. *p.* 68.

Tristichis. *Ehrh. phytophylac.* 59.

Langstielige Meesia.

Habitat in turfosis montium Sueciae, Hiberniae, Germaniae, Helvetiae, Galliae, Carolinae; *aestate fructifera.* ♃.

Caulis *uncialis aut biuncialis*, *subsimplex*, *pone florem innovans.* Folia *patula*, *ovato-lanceolata*; *floralia mascula ovato-acuminata*, *haec et feminea apice denticulata*, *illa plerumque integerrima.* Flores *duplicis generis*: *alii masculi disciformes*, antheris *et* paraphysibus *plus quam triginta maiores*; *alii hermaphroditi minores*, antheris et pistillis *circiter decem.* Pedunculus *uncias tres ad quinque longus.* Capsula *elongato-pyriformis*, *ex erecta basi curvula.* Peristomium *utrumque infra capsulae orificium adnascitur et ocyus separatur internum a membrana capsulae interna*: peristomii externi *dentes breviores*: in-

terni dentes *angusti, linea media perpendiculari notati, quae crurum, angustissimorum, limites indicat, ima basi paullulum connati, ad apicem filis et membranulis transversis coniuncti, minime per paria approximati, nisi violentia quadam a positione sua, (quod propter eorum adhaesionem profundam inter orificium capsulae, huiusque obliquitatem facile fieri potest,) detrusi fuerint.* Membrana interna *capsula dimidio angustior et brevior.* Columella *cylindrica, mucronata.*

Obs. Hedwigii icon peristomii interni, non satis curata, auctores commovisse videtur, ut longisetam *a* Meesiae *genere disiungerent, peristomii penitiori structura et habitu minime diversam. Recentiores demum ad iustam denominationem redire videntur. v. Bruchii verba in ephemerid. Ratisbon.* 1826. *p.* 163. *et Fürnrohr. l. c.* 1827. *additam. p.* 69. Diplocomium hexastichum *a* Meesia longiseta *discrepat tantum statura caulis minore et foliis magis confertis, saepe, non vero semper, angustioribus.* Flores *enim hoc ipsum non semper hermaphroditos habet et folia iuvenilia aeque lata, sed haec vetustiora margine revoluta, unde videntur et angustiora et non dentata; dantur tamen etiam quaedam apice dentata.*

3. MEESIA *dealbata.*

M. foliis lanceolatis erectis pellucidis denticulatis ruptinervibus. *Swartz. musc. Suec.* 44. 94. *t.* 5. *f.* 10. *Hedw. spec. musc.* 174. *t.* 41. *f.* 6—9.

Bryum dealbatum. *Dicks. crypt. fasc.* 2. 8. *t.* 5. *f.* 3. *Hook. Tayl. musc. Brit.* 117. *t.* 28.

Weissliche Meesia.

Habitat in paludosis Sueciae, Scotiae, Hiberniae, Germaniae borealis, Helvetiae; *in* Pyrenaico monte Salaviensi, 1100. *hexapod. altitudine, Gay; aestate fructifera.* ♃.

Caulis *in caespitibus densis, semuncialis.* Folia *erecta, lanceolata, aut lingulato-lanceolata, apice dentata, aut integerrima: nervo duas trientes folii parum superante: cellulis duplo maioribus quam congenerum, unde pelluciditas et color albidus.* Pedunculus *uncialis aut sesquiuncialis.* Capsula *pyriformis, curvula.* Peristomii externi dentes *obtusi, plus quam duplo breviores internis*: interni *perangusti*, longisetae *similiores, basi parum connati, filis aliquot horizontalibus versus apicem coniuncti.* Operculum *conicum, obtusissimum.*

4. MEESIA *demissa.*

M. foliis oblongis cuspidatis, capsula pendula inaequali.

M. demissa, caule ramoso, foliis oblongis, theca pendula pyriformi, operculo hemisphaerico umbonato. *Hopp. et Hornschuch in ephem. botan. Ratisbon.* 1819. 1. *p.* 106. *Funk hbar. musc.* 44. *t.* 28. *Hedw. suppl. musc.* 3. 1. *t.* 233.

Bryum demissum. *Hook. musc. exot. t.* 99.

Bryum curvulum. *Schleich. ms. et Timmia n. sp. Smidt ms. ex Hookero.*

Niederhängende Meesia.

Habitat in monte Cenisio 1300. *hexapod. altitudine,* Tauschnitz *et* Mattreyensi Tyrolis, *in* Scotiae Craig-Hallach, *et* Wingsfield Opdaliae Scandinaviae *P. Taylor; aestate matura.* ♃.

Caulis *quatuor lineas altus ramosus.* Foliae *recta, oblonga, acuminata, integerrima, rarius apice denticulata, alboviridia, basi et nervo purpureo, hoc in cuspidem brevem exeunte.* Pedunculus *semuncialis, apice incurvus.* Capsula *pendula, pyriformis, paullum curvata, ore peranguste.* Peristomii externi dentes *internis dimidio minores, obtusi, basi rufescentes:* interni dentes *filiformes, linea verticali vix conspicua, nodulosi, e singulo nodo filum unum alterumve ad vicinum dentem emittentes;* basi *membrana coniuncti, luteo-albi.* Operculum *conicum, obtusum.* Annulus *turgidus, cellularum serie duplici.*

5. MEESIA *curviseta.*

M. caule brevi, foliis lanceolatis erectis dentatis ruptinervibus, capsula aequali pendula pyriformi.

M. curviseta. *Hedw. suppl. musc.* 3. 1. *t.* 234.

Pohlia curviseta. *Hornschuch. ephem. bot. Ratisb.* 1819. 2. 98. *Ej. musc. alp. exsiccat. decad.*

Krummstielige Meesia.

Habitat ad terram in alpibus Tyrolis, Mattreyer Tauern, Tauschnitz, Carinthiae Leitern, Salisburgi Bockhardt, Rathhansberg, *ad* Gastein, *nec non in* Helvetia; *aestate. P. Hornschuch.* ♃.

Caespites *minores, densi.* Caules *vix semunciales.* Folia *erecta, inferiora cordato-lanceolata, integerrima; superiora lanceolata, dentata; nervo crasso, pone apicem evanescente.* Flores *hermaphroditi;* antherae *binae axillares, a pistillis segregatae.* Paraphyses *filiformes.* Pedunculus *semuncialis, curvatus.* Capsula *ad terram pendula, orificio angusto.* Annulus. Peristomium internum *membrana reticulata,* externi dentibus *altior, solito crassior.* Operculum *convexulum.* Calyptra *subulata.*

Flos et habitus Pohliae, *sed peristomium* Meesiae.

VI. TIMMIA.

***Hedw. stirp. crypt.* 1. 81. *t.* 81.**
***Timm florae Megapolitanae prodr.* 1788.**

Peristomium *duplex:* externum dentibus *sedecim acutis;* internum *membranaceum, fissum: laciniis plurimis* (64) *linearibus.*

1. TIMMIA *Megapolitana.*

T. Megapolitana. *Hedw. Spec. musc.* 176. *Suppl.* 1. 2. 84. *Brid. muscol. suppl.* 3. 99. *sub* T. polytrichoide. *Bryolog.* 2. 68. *Web. Mohr. crypt. Germ.* 254. *t.* 10. *Palis. Beauv. act. Linn. Paris.* 1. *t.* 8.

T. cucullata. *Michaux flor. bor. Am.* 2. 304.

T. Bavarica, foliis recurvato-patulis, lineari-lanceolatis acutiusculis, theca aequali. *Hessler diss. de Timmia. Gotting.* 1823. *c. ic.*

T. Austriaca. *Hedw. spec. musc.* 177. *t.* 42. *Greville crypt. scot. nr.* 31. *Sturm. fl. Germ. crypt. fasc.* 9. *Funk herbar. musc. p.* 44.

Mecklenburgische Timmia.

Habitat magnis caespitibus, saepe terram late operiens, in humidioribus Germaniae borealis, Sueciae, Scotiae, Lapponiae, Pensilvaniae, Carolinae, Massachusets, insula Melville, America polari; *in montosis silvaticis* Bavariae monte Pinifero (Waldstein, *ibi* Bavarica), *in silvaticis* alpium Carinthiae, Austriae, Galliae, Helvetiae; *Iunio fructifera.* ♃.

Caulis *simplex, erectus, unciam unam ad quinque longus.* Folia *lanceolato-linearia, carinata, marginata, argute serrata, costae apice scabro vel denticulato, siccitate paullum torta; cellulis a basi ad mediam partem folii quadratis, minutis; inferioribus linearibus, sextuplo longioribus quam latioribus.* Flos femineus *solitarius,* masculi *plures in singulo caule, infra apicem positi, foliis caulinis decies et ultra minores.* Paraphyses *filiformes, subtiles.* Pedunculus *unciam dimidiam ad tres longus.* Capsula *ovata, nutans, ante maturitatem longior, substriata.* Peristomium *pallidum vel albicans,* externum *interno incumbens, non intrusum.* Externi dentes *sedecim, lanceolati, transversim sulcati, linea longitudinali nulla:* interni membrana *tenuis, tenax, non carinata, hyalina, cellulis parum conspicuis, ad mediam fere partem bifida:* laciniis *filiformibus angustis, sexaginta quatuor, quibusdam basi in duo vel tria crura brevia divisis, aequalibus* (*non vero*

quadriiugis, ut vult Bridelius, neque dentibus externis interpositis.) Operculum *convexum, papilla centrali, prominula aut in foveolam depressa, rufum.* Annulus. Columella *membranacea, indistincte quadrangularis.* Calyptra *subulata, capsula paullo longior, saepe perforata adhaeret pedunculo infra capsulam, unde* cucullatae *nomen.*

Fuit in duas tresve species divisa; Megapolitana *humilis, foliis brevioribus et operculo foveolato,* Austriaca *foliis et caule longioribus et operculo mammillato; sed illa foveola fere explanatur, mammilla nulli plane deest, et humilia specimina invenis etiam in Austriaca.*

VII. ACIDODONTIUM.

Hedw. suppl. musc. 2. 2. 152. *t.* 195.
ἀκις, spiculum, cuspis.

Peristomium *duplex!* dentibus *sedecim, utrisque membrana basilari communi, lanceolatis, cuspide lineari terminalis,* externis *vibratoriis.*

Flores *dioeci, terminales.*

1. ACIDODONTIUM *Kunthii.*

A. Kunthii. *Hedw. suppl.* 2. 2. *f.* 152. *t.* 195.

Bryum megalocarpon. *Synops. plant. orb. novi Humb. et Bonpl.*; *auct. Kunth.* 1. *p.* 59. *Fee cryptogam. des ecorc. exotiq.* 142. *t.* 24.

Megalangium Kunthii. *Brid. bryolog.* 2. *p.* 28. *in icone sub* Macrothecio.

Kunth's Spitzzahn.

Habitat in [illegible]*idinibus* Andium, *inter* Tulcan *et* Quito. *Pr. Hooker.* ♃.

Radix *tomentosa.* Caulis *simplex, utrinque innovans.* Folia *oblonga, acuminata, basi truncata, marginata, subserrulata: nervo in cuspidem, folium dimidium aequantem, exeunte; cellulis hexagonis elongatis.* Flores masculi *ovati, foliis intimis enervibus,* antheris *et* paraphysibus *copiosis, his filiformibus longioribus.* Pedunculus triuncialis. Capsula *pyriformis, basi seminibus vacua, elongata, aequalis, laevis, nutans.* Peristomii externi dentes *ima basi in membranam connati, cuspide mobili, intus deflectente:* interni membrana *conica, plicata, exiens in dentes bicrures:* crure *altero cuspidato, altero lanceolato, obtusiusculo, breviore.* Epiphragma *mem-*

brana hemisphaerica, *tenerrima*. Operculum *convexum*, *mucronulatum*. Calyptra *deest*.

Obs. Dentes peristomii externi internis oppositi sunt, sed cuspidibus suis inter interstitia internorum curvantur.

F. FAMILIA LEPTOSTOMI.

Musci erecti, caules *subramosi*, *saepe compacti*, *radiculis tomentosi*. Folia *oblonga*, *erecta*, *nervo longo*, *emergente*. Flores *capituliformes*, *terminales*. Pedunculi *unciales aut biunciales*. Capsulae *elongate ovatae*, *rarius obliquae erectae*, *aequales*, *laeves*, *orificio perangusto*. Peristomium *erectum*, *breve*. Operculum *conicum*. Calyptra *subulata*, *latere fissa*.

I. LEPTOSTOMUM.

R. Brown. act. soc. Linn. Lond. 10. 130.
λεπτος, *tenuis*; *ob orificium capsulae angustum.*

Peristomium *simplex membranaceum*, *hemisphaericum*, *demum annulare*, *e membrana capsulae interiore ortum*.

Flores *dioeci aut monoeci*, *capituliformes*, *gemmiformes*, *terminales*.

Calyptra *subulata*, *latere fissa*.

Musci *erecti*, *speciosi*. Caules *densissime compacti*, *subramosi*. Folia *plerisque ovata*, *pilo longo*, *siccitate contorta*, *cellulis subquadratis*, *in omni folii parte similaribus*. Flores *maiusculi*. Capsula *aequalis*, *oblonga*, *ore perangusto*, plerisque *erecta*, *aliis declinata*: membrana interna *dimidio angustior et brevior*, *quam externa*.

1. LEPTOSTOMUM *macrocarpon*.

L. capsula erecta, foliorum pilo ramoso.
L. macrocarpon. *Arnott. disposit muscor.* 42.
Bryum macrocarpon. *Hedw. stirp. crypt.* 3. 33. *t.* 10. *R. Brown. act. Linn.* 10. 321.; hoc nomine, sed recte intellecto loco systematico, nomine et peristomio.

Breitblättriger Engmund.

Habitat in insulis australibus. ♃.

Caespites *unciam unam alteramve alti*, *uti et* caules, *tomento ferrugineo fusco irretiti*, *simplices aut subramosi*. Folia *oblonga*, *acuta*, *integerrima*, *margine involuto*, *viridia*: *nervo valido concolori*, *in pilum*, *aliquot ramulos exserentem*, *tertiam folii partem longitudine aequante*, *exeunte*. Flores *dioeci*: paraphyses *filiformes*. Pedunculus *sesquiuncialis*, *erectus*, *rufus*, *pallescens*. Capsula *ovata*, *erecta*. Peristomium *simplex*: dentes *sedecim lineares*, *apice vix angustiores*, *lineola verticali impressa*, *albidi*. Operculum *conicum*, parvum.

Arnottus suspicatur peristomium duplex esse, *sed in Taylorianis et Hedwigianis speciminibus tale est*, *quale descripsi*, *et valde simile* Leptostomi erecti. *Hedwigii icon peristomii non satis convenit*.

2. LEPTOSTOMUM *erectum*.

L. capsula erecta, folii pilo simplici.

L. erectum. *R. Brown act. soc. Linn. Lond.* 10. 320. *Hedw. suppl. musc.* 3. *t.* 212.

Gymnostomum Leptostomum. *Hook. musc. exot. t.* 169.

Aufrechter Engmund.

Habitat in ora orientali Novae Hollandiae *extra-tropicas*, *in regione montana ad ripas fluviorum* Hawkesbury *et* Gross. *R. Brown. Sieber.* ♃.

Caules *sesquiunciales*, *compacti*. Folia *oblonga*, *integerrima*, *marginata*, *concava*, *siccitate contorta*: *nervo ferrugineo*, *exeunte in pilum albescentem*, *folii dimidii aut in superioribus totius longitudine*. Flores *monoeci*. Antherae *sedecim*, paraphysibus *nullis*, *neque in masculo neque in foemineo flore*. Pedunculus *uncialis aut sesquiuncialis*, *erectus*. Capsula *oblongo ovata*, *recta*. Peristomium *e capsula prominens*, *annulare*, *partitum in dentes sedecim*, *apice erosos*. Operculum *angustum*, *conicum*, *intus spongiosum*, *sed in axe vacuum pro recipiendo peristomio*. Annulus *nullus*. Columella *teres*, *ex orificio capsulae emergens*. Calyptra *subulata*, *badia*.

3. LEPTOSTOMUM *gracile*.

L. capsula nutante tereti-ovata aequali.

L. gracile. *R. Brown. l. c. p.* 321. *Hedw. suppl. musc.* 2. 1. *p.* 12. *t.* 104.

Gymnostomum gracile. *Hook. musc. exot. t.* 22.

Schlanker Engmund.

Habitat in sinu Dusky Bay Novae Seelandiae. *A. Menzies.* ♃.

Differt a praecedente capsula *pendula*, foliis *ad vitra magis convexa denticulatis*; *caeterum* capsula *magis elongata*, *tereti-oblonga est*, *sed aequalis*, peristomium *omnino indivisum*.

4. LEPTOSTOMUM *inclinans.*

L. capsula semitereti-oblonga horizontali.

L. inclinans. *R. Brown. l. c.* 320. *Hedw. suppl. musc.* 3. *t.* 213. *fig.* 1—16.

Gymnostomum inclinans. *Hook. musc. exot. t.* 168.

Geneigter Engmund.

Habitat in insula Van Diemen, *ad saxa prope summitatem montis tabularis*, 3000 *ad* 3300 *pedes supra mare elevatum. R. Brown.; mense Septembri maturans in rupibus et paulo frequentius in cortice arborum* Talcahuanae *in* Chili, *D. Pöppig.* ♃.

Praecedenti et ipsum simile, sed capsula *dorso planiusculo, ventre turgido.* Foliorum *apices integri, emarginati aut retusi, omnes vero in longum pilum exeuntes.* Paraphyses *in flore femineo adsunt.* Peristomium *indivisum.* Celyptra *subulata, flavescens, apice fusco.*

5. LEPTOSTOMUM *Menziesii.*

L. capsula tereti ascendente subrecurva.

L. Menziesii. *R. Brown. l. c.* 331. *Hedw. suppl. musc.* 2. 11. *t.* 104. *suppl.* 3. *tab.* 213. *fig. a—e.*

Gymnostomum Menziesii. *Hook. musc. exot. t.* 6.

Menziesens Engmund.

Habitat in Staaten Land prope Cap Horn. *A. Menzies. P. Hooker.* ♃.

Caules *radiculis compacti, unciales.* Folia *oblonga, apice tenuissime denticulata; nervo infra pilum evanescente.* Paraphyses *filiformes in flore femineo.* Pedunculus *uncialis.* Capsula *teres, sed basi paullo crassior quam apice, decuplo longior quam latior, positione ascendens et in corpore suo paullum recurva, orificium vix angustius, quam ipsum capsulae lumen.* Peristomium *e capsula prominens et in operculum ad apicem usque ascendens ut in caeteris, aetate aut arte a columellae capitulo solutum* annulare, *apice erosum, ventricosum pro recipiendo capitulo columellae, non divisum in dentes, neque lineatum.* Operculum *conicum, acutum, latius quam altius.*

II. BRACHYMENIUM.

Hedw. suppl. musc. 2. 1. 131. *t.* 135.

Βραχὺς, *brevis,* ὑμήνιον, *membrana, a peristomio interno, brevi.*

Peristomium *duplex, spongiosum, albidum:* externum dentibus *sedecim:* internum *membrana plicata, annularis, apice erosa.*

Flores *terminales*, *capituliformes*, *monoeci*.

Genus, licet minoribus speciebus compositum, proximum Leptostomo *et valde alienum a* Bryis *et* Ptychostomo *est; etenim* capsula *aequalis*, *erecta*, orificio *perangusto*, peristomio *spongioso;* accedente tamen *peristomio externo discrepat*.

1. BRACHYMENIUM *Nipalense*.

B. caule erecto fastigiato, foliis ovatis cuspidatis dentatis.

B. Nipalense. *Hedw. suppl. musc.* 2. 1. 131. *t.* 135.

Nipalische Kleinhaut.

Habitat in Nipal Indiae *ad terram humosam, aliis muscis intermixtum. P. Hooker.* ♃.

Caespites *minus densi et lati.* Caulis *semuncialis aut sesquiuncialis*, *erectus*, *vage aut dichotome ramosus.* Folia *ovata*, *lingulata*, *vel obovato-lingulata*, *marginata*, *serrata*, *amoene viridia*: *nervo in cuspidem elongato.* Flores *innovante caule laterales*, *folia* 6 *caulinis minora*, *intimum nervo evanescente.* Stamina *et* pistilla *viginti;* paraphyses *copiosiores*, *filiformes.* Pedunculus *sesquiuncialis.* Capsula *pyriformis.* Peristomii interni *membrana annularis*, *in* dentes *sedecim et* cilia *minuta gemina fissa*, *celerrime delapsuros.* Annulus. Operculum *conicum.*

2. BRACHYMENIUM *bryoides*.

B. caule ascendente, foliis ovatis cuspidatis integerrimis.

B. bryoides. *Hedw. suppl.* 2. 1. 134. *t.* 135.

Bryum erectum. *Kunth. synops. pl. aequinoct.* 58.? *ex coniectura Arnotti synops. musc.* 43.

Knotenmoosähnliche Kleinhaut.

Habitat in silvaticis Nipalensibus *ad terram inter alios muscos. Pr. Hooker*, *Taylor.* ♃.

Grege diffuso, *rarius compacto.* Caules *semunciae aequales aut minores*, *basi quandoque prostrati*, *ascendentes*, *ramis brevioribus*, *erectis.* Folia *erecta*, *densa*, *ovata*, *marginata*: *nervo cuspidem dimidii folii*, *ubi latum est*, *longitudine sistente.* Flores *innovando caule laterales;* paraphyses *filiformes.* Pedunculus *sesquiuncialis.* Peristomii interni dentes *recurvati*; interni membrana *externis paullo brevior*, *erecta*, *crassa*; dentes *nodulosi.* Annulus. Operculum *conicum obtusum.*

Obs. Bridelius Bryol. 1. 603. *et* 604. *pro his speciebus, ut in aliis etiam locis pro aliis museis, nomina alia specifica exhibet sibi manuscripta, quasi has species ante Hookerum prae oculos habuisset. Tum vero, si ante illum novit, dolendum est, quod ad penitiorem cognitionem talium muscorum nil addiderit. Sed desunt etiam specimina in herbario Brideliano.*

III. LEPTOTHECA.

Hedw. suppl. musc. 2. 1. 135. *t.* 137.
λεπτος, tenuis; θηκα, capsula.

Peristomium *duplex sedecim dentatum, tenerrimum, albicans:* internum *ciliis inter dentes cuspidiformibus.*
Flos terminalis, *capituliformis, hermaphroditus.*

Habitu et foliorum, florum *et* capsulae *natura maxime convenit cum* Leptostomo, peristomium *vero aliquo modo discrepat insigni tenuitate et ariditate, sed rursus simile est compositione dentium externorum et colore pallido, licet non albo. Non structura sed divisione dentium interiorum aemulat Leskeam.*

1. LEPTOTHECA *Gaudichaudi.*

L. Gaudichaudi. *Hedw. suppl. musc.* 2. 1. 135. *t.* 137.
Gaudichaud's Schmalbüchse.
Habitat ad terram arenoso-humosam in Nova Walesia meridionali *prope portum* Iacksonis, *Gaudichaud.* ♃.

Caespites *laxi, superficie inaequales.* Caulis *sesquiuncialis, erectus, primum simplex, post flores innovando aliquoties divisus, interdum dichotomus: rami floriger speciosiores, steriles apice attenuati.* Folia *sparsa, minus densa, in ramis florigeris longiora, interdum paullum secunda, patulo-erecta, in ramis sterilibus decussata, erecta vel apicibus coarctata, oblonga, apice grosse dentata, e lutescente viridia: nervo crasso, longam cuspidem sistente, apice foveolis exasperato: cellulis basilaribus quadrato oblongis, terminalibus quadratis sed turgidis, ut annulos simulent.* Flores *capituliformes, foliis caulinis triplo breviores.* Folia calycina *octona, exteriora nervo emergente, interiora non emergente.* Stamina *circiter viginti, ovato-cylindrica, curvata:* pistilla *pauciora:* paraphyses *copiosiores, subulato-filiformes, articulis viginti.* Vaginula *pilis aliquot vestita.* Pedunculus *sesquiuncialis aut biuncialis.* Capsula *teres, gracilis, aequalis.* Peristomium *capsula quintuplo brevius, intra orificium adnatum, erecto-incurvum:* externi dentis *lanceolato-lineares, transversim sulcati, linea media et in hac fissuris aliquot exiguis exarati, pellucentes, lutei;* interni membrana, *quartam externorum altitudinis partem aequans, tenerrima, coloris expers, transversim lineata:* dentes *lanceolato-lineares, hic illic pertusi, apicem versus nigredine quadam affusi; binis dentibus interiiciuntur* cilia *brevissima, cuspidata.* Operculum *et* calyptra *deest.*

G. FAMILIA BARTRAMIAE.

Caules *erecti*, *caespitosi*, *saepe longi aut longissimi*. Folia erecta, *aut* suberecta, *lanceolata*, *aut lanceolato-cuspidata*. Flores *terminales*, *discoides*, *elongato caule laterales*, *magni*. Pedunculi *terminales*, *innovato caule laterales*, *rarius incurvi*, *ubi breviores sunt*; *capsula duplo longiores*. Capsulae subglobosae, inaequales, sulcatae, orificio angusto, *parietibus tenuibus*. Peristomium *breve*, *duplex*, *utrumque badium*, *internum aegre solubile*, *simplex aut nullum*. Operculum *breve*, *conicum*. Calyptra *subulata*, *capsula paullo longior*. *Locus terrestris*, *rupestris*, *paludosus*.

I. CRYPTOPODIUM.

Brid. bryol. 2. 90. *Hedw. suppl.* 2. 2. 25. *t.* 160.
κρυπτος, *opertus*;
ποδιον, *pedunculus*.

Peristomium *Bryi*.
Flos masculus *terminalis*, *globosus*.
Capsula *immersa*, *aequalis*, *erecta*.

1. CRYPTOPODIUM *Bartramia*.

Bryum bartramioides. *Hook. musc. exot. t.* 17.
Bryum Bartramia. *Hedw. suppl.* 2. 2. 25. *t.* 160.
Bartramienartiger Hüllstiel.
Habitat in sinu Dusky Bay Novae Seelandiae *A. Menzies*, *in* insulis Sandwicensibus *Gaudichaud*. ♃.

Nasci videtur ut Polytricha *maiora in terra umbrosa*. Caules *erecti*, *duas ad octo uncias alti*, *simplices aut aliquoties divisi*, *dichotomi* feminei: masculi *saepius in plures ramos ramulosque ad basin singulorum florum divisi*. Folia *sparsa*, *minus densa*, *patulo-erecta*, *vel subsecunda*, *lineari-subulata*, *carinata*, *in margine*, *lato*, *et ad costam serrata*, *rigida*, *fusca*: *nervo crasso*, *continuo*: *cellulis subrotundis*. Flores *dioeci*: masculi *globosi*, *folio caulino duplo breviores*: folia *ovata*, *acuta*, *solidinervia*: antherae *plurimae*; paraphyses *filiformes*, *copiosae*. Vaginula *teres*, *fusca*. Floris feminei folia *caulinis similia*, *paullo minora*. Pedunculus *quantum e vaginula eminet*, *capsula brevior*, *unde capsula tota quanta inter folia immergitur*. Capsula *erecta*, *ovata*,

basi contracta, laevis. Peristomium *praegrande:* internum *albidum:* dentes *lanceolati, lacunis vix notabilibus pertusi.* Cilia *dentibus paullo minora, solitaria aut bina.* Operculum *et* calyptra *desunt.*

Muscus qui ad nullam familiam probe referri potest, nisi forte calyptra, hucdum ignota, eius locum vindicatura sit. Habitus fere maximi Dicrani angustifolii *sed peculiaris ratio, ut masculus caulis maxime discrepet a femineo.*

II. BARTRAMIA.

Hedw. stirp. crypt. 2. p. 111. t. 40.

Bartram colonus e Pensilvania Dillenio misit muscos.

Peristomium *transversum:* membranula *pellucida basilaris duplex, generans utrosque* dentes: internos *bicrures, interiectis* ciliis *passim confluentibus.*

Flores masculi *disciformes vel hermaphroditi, gemmiformes.*

Capsula *inaequalis, striata.*

Peristomium, *exhibens stellulam radiatam badiam, pallido halone cinctam, ad internum parietem capsulae, infra huius orificium adnascitur et sistit membranam spongiosam, pallidam, cui in superiore facie et supra (non ad) basin imponuntur* dentes *sedecim lanceolato-acuminati, transversim sulcati, margine interno lobulis s. trabibus praelongis ornati, madore et siccitate procumbentes.* Peristomium internum *ex illa membrana, quae cum membrana capsulae interna continua est, pergit, divisum sedecim fissuris, quae singulae bina cuiusvis* dentis interni crura *separant. Dimoventur autem crura eo loco, ubi externis dentibus binis interponitur eorum dorsum ad carinam eam exhibendam, quae dentibus internis solennis est; cohaeret vero crus dextrum cuiusvis dentis interni cum crure sinistro vicini dentis ope ciliorum, passim inter se et cum adiacente singulo crure connatorum; quae vero cohaesio senio evanescit. Quare conspiciuntur in vetusto peristomio interno 32 crura, insolito modo directa, ut conniveant, quae in aliis muscis divergere ab invicem solent.*

Philonotidis *genus Bridelii continet species* fontanae *similes dioecas, peristomiis, si curiose lustrantur, non diversas.*

1. BARTRAMIA *fontana.*

B. caule praelongo apice fasciculato-ramoso, foliis ovato-acuminatis serratis rigidis: calycis masculi cordatis.

B. fontana. *Swartz in Schraderi diar. botan.* 1800. 2. 183. *t.* 3. *f.* 1. *Hedw. suppl. musc.* 1. 2. 61. *Smith. brit.* 3. 1339. *Turn. muscol. hib.* 82. *Hook. Tayl.*

muscol. brit. 87. *t.* 23. *Palis. Beauv. act. soc. Linn. Paris.* 1. *t.* 7. *f.* 1. *Moug. Nestl. crypt. Voges. n.* 36. *Funk herbar. musc.* 37. *t.* 24.

Mnium fontanum. *Linn. spec. pl.* 2. 1574. *fl. Dan.* 298. *Hedw. spec. musc.* 195. *Ej. Sammlung.* 2. *t.* 1. *f.* 6. *Antherae et paraphyses.*

Philonotis fontana. *Brid. bryol.* 2. 19. *excluso nro. η.*

Bryum fontanum. *Schreb. spicileg. Lips.* 75. *Roth fl. Germ.* 3. 234. *Engl. Bot.* 390.

Bryum palustre, scapis teretibus stellatis, capsulis magnis subrotundis. *Dill. musc.* 340. *t.* 44. *f.* 2.

Muscus capillaceus etc. *Vaill. Paris.* 134. *t.* 24. *f.* 1.

Muscus trichodes palustris etc. *Moris. hist.* 3. *p.* 629. *s.* 15. *t.* 6. *f.* 9.

Muscus stellaris etc. *Buxb. cent.* 1. *p.* 45. *t.* 65. *f.* 1. 2. 3. 4.

β. foliis superioribus falcatis, plerumque minor.

Bartramia falcata. *Hook. act. soc. Linn. Lond.* 9. 317. *t.* 27. *f.* 4.

Bryum lycopodiforme. *Schleich. Helvet. exsicc.*

γ. minor, caule ramisque vix semuncialibus, foliisque minutis grosse dentatis.

Philonotis rigida *et* humilis. *Brid. bryolog.* 2. 17.

Gemeine Bartramia.

Habitat in paludosis et turfosis et in rupibus irriguis omnis terrarum orbis. Ex Owaihi *minorem, caule dense tomentoso attulit A. Menzies, e Grönlandia gracillimam Pr. Gieseke. Fructus edit aestate.* ♃.

Caules *duos ad octo pollices alti, in densos caespites compacti, subsimplices, post florem plures ramos breves, erectos aut recurvos edentes.* Folia *erectiuscula, quandoque paullum, alias valde falcata, minus densa; e latiori basi repente contracta, deinde in acumen sensim attenuata, planiuscula, serrata, pellucida, amoene viridia, aetate flavescentia, seniora fusca: nervo ad apicem perdurante: cellulis linearibus.* Flores *dioeci,* antherae 30 — 40 *et copiosiores etiam* paraphyses. Pedunculus *uncias duas ad tres longus.* Capsula *subrotunda.* Operculum *novellum conicum, adultum planiusculum mammillatum.* Calyptra *capsula paullo longior, subulata.*

2. BARTRAMIA *Marchica.*

B. caule mediocri: ramis terminalibus fastigiatis strictis, foliis oblongo-lanceolatis serrulatis, flore masculo capituliformi.

B. Marchica. *Hedw. suppl. musc.* 1. 2. 59. *Blandow in Sturm. fl. Germ. crypt. fascic.* 6.

Mnium Marchicum. *Hedw. stirp. crypt.* 2. 108. *t.* 39. *spec. musc.* 196.

Leskia marchica. *Willd. prodr. fl. Berol. n.* 944. *t.* 6. *f.* 12. *a. b.*

Bryum Marchicum. *Roth. flor. German.* 3. 436.

Philonotis Marchica. *Brid. bryol.* 2. 23.

Märkische Bartramia.

Habitat ad ligna putrida natantia in flumine lente fluente Spree *prope* Spandau *in* Marchionatu Brandenburgico. ♃.

Differt a fontana caule *brevi unciali rigido*, pedunculo *ratione caulis maiore*, *nempe biunciali*, floris masculi foliis *erectis* (*nec stellatis*), *ovato-acuminatis*, *brevioribus.* Peristomii interni cilia *bina tenuiora*, *apice et uno aliove alio loco*, *inter se connata*, *aut libera.*

3. BARTRAMIA *uncinata.*

B. caule mediocri fasciculato tomentoso, ramis uncinatis, foliis lanceolato-cuspidatis subfalcatis scabris, capsula reticulata.

B. uncinata. *Hedw. suppl. musc.* 1. 2. 60. *t.* 57. *sub* scabrida.

Hakenförmige Bartramia.

Habitat in monte sulphurifero Guadalupae *et in* Martinica; *P. Cl. Richard; ad saxa uda pr.* Mandiocam Brasiliae. *Beyrich.* ♃.

Caulis *uncialis*, *erectus*, *apice in ramos fasciculatos*, *breves divisus*, *densissime tomentosus:* rami *steriles subsimplices*, *curvifolii*, *masculi simplices minores.* Folia *lanceolata*, *sterilium ramorum paullum falcata*, *denticulata*: *nervo crasso*, *longam cuspidem serrato-scabram sistente.* Flores *terminales*; masculi *ovati.* Folia *ab ovata basi repente contracta*, *cuspidata.* Paraphyses *filiformes.* Pedunculus *sesquiuncialis vel uncialis.* Capsula *evidenter reticulata*, *striata.*

Differt B. fontana *statura triplo maiore*, *foliis ovato-acuminatis*, sphaericarpa *foliis rectis*, *in sterili planta remotis alternis*, *et ramis fructiferi caulis longis*, *gracillimis*, *fibrillosis.*

4. BARTRAMIA *radicalis.*

B. caule brevissimo subsimplici bulbifero, foliis lanceolato-cuspidatis subdentatis rigidis, pedunculo radicali longissimo.

B. radicalis. *Pal. Beauv. prodr. aetheog.* 44. *Hedw. suppl. musc.* 1. 2. 56. *t.* 61.
B. longiseta. *Michaux flor. bor. Amer.* 2. 301.
Philonotis radicalis. *Brid. bryol.* 2. 16.
Wurzelstielige Bartramia.
Habitat in Carolina *et* Virginia. *P. Cl. Richard.* ♃.

Caules *in humillimos caespites congesti, quatuor lineas alti, simplices, raro subramosi.* Folia *remotiuscula, ex anguste lanceolata basi longe cuspidata, subdentata: nervo crasso, apice denudato dorsoque denticulato: cellulis minutis.* Flores *ad basin caulis, probabiliter dioeci:* masculi folia *caulinis dimidio minora.* Antherae *tantum sex, uti et* paraphyses. Pedunculus *uncias duas vel tres longus.* Capsula *globoso-ovata, inaequalis, sulcata.* Peristomii interni *dentium crura lanceolata.*

In axillis foliorum occurrunt frequenter bulbi rufescentes, decidui, foliis suboctonis, lanceolati, obtusiusculi, compacti; qui flores mentiuntur ut in Bryo annotino *Hedw., et, si ob florum exiguitatem et situm terrestrem fructus non eduntur, speciem propagare queunt. Cuius rei exemplum in nulla alia Bartramia reperi.*

5. BARTRAMIA *Mühlenbergii.*

B. caule nudo apice fasciculato ramoso, foliis lanceolato-acuminatis subdenticulatis, capsula globosa basi impressa.
B. Mühlenbergii. *Hedw. suppl.* 1. 2. 58. *t.* 61.
Philonotis Mühlenbergii *et β.* tenella. *Brid. bryol.* 2. 22.
Mühlenberg's Bartramia.
Habitat in Pensilvania. *Mühlenberg.* ♃.

Caulis *uncialis, tomento expers.* Folia *lanceolata in breve acumen exeuntia, vix notabiliter denticulata.* Pedunculus *sesquiuncialis.* Capsula *globosa, basi infra excisa, unde saepe inflectitur aut nutat.*

Differt a minoribus B. fontanae *speciminibus et a* Marchica *caule calvo et figura capsulae, foliisque lanceolatis, a* sphaericarpa *ramis non recurvis, caulibus sterilibus non elongatis et foliis glabris.*

6. BARTRAMIA *affinis.*

B. caule longo ramoso, foliis lanceolato subulatis strictis, capsula pendula aequali.
B. affinis. *Hook. musc. exot. t.* 76. *Brid. bryol.* 2. 49. *sub B. Brownii. Hedw. suppl. musc.* 3. 1. *t.* 237.
Verwandte Bartramia.
Habitat in Terra Diemenii. *R. Brown.* ♃.

Valde similis B. fontanae. Caulis *uncias tres ad quatuor longus, dichotome divisus, fastigiatus: ramulis terminalibus fasciculatis.* Folia *lanceolata: nervo in cuspidem dimidiis foliis fere longiorem emergente: cellulis duplo minoribus quam in* fontana. Flores masculi *terminales, disciformes.* Pedunculus *vix uncialis.* Capsula *pendula, ovata, aequalis, sulcata.* Calyptra *pallidissima.*

7. BARTRAMIA *sphaericarpa.*

B. caule mediocri apice fasciculato basi capillaceo-tomentoso, foliis lanceolato-acuminatis dentatis dorso scabris.

B. sphaericarpa. *Hedw. suppl. musc.* 1. 2. 59.

Mnium sphaericarpon. *Hedw. stirp. crypt.* 3. 93. *t.* 38. *Swartz prodr. fl. Ind. occ.* 139.

Bryum sphaericarpon. *Swartz. fl. Ind. occ.* 3. 1835.

Philonotis sphaericarpa. *Brid. bryol.* 2. 25. Ph. fontana dealbata *l. c.* 21.

Kugelfrüchtige Bartramia.

Habitat in umbrosis muscosis in summis montibus Iamaicae australis, *ad rupes et rivulos prope* Richmond plantation Iamaice. *D. Reider,* in Brasilia, *G. Staunton, D. Hooker!* ♃.

Caules *unciales aut semunciales, erecti, radicibus ramosis capillaribus contortis (non denso et e tenuissimis composito) tomento tecti, apice in ramos semuncia breviores plures fasciculatos divisi, quidam caules quandoque prolongantur in debiles ramos, foliis minus densis distinguuntur et reperunt inter muscos, si e siccis speciminibus Swartzianis, e consortio solutis, iudicare licet.* Folia *erecta aut, imprimis in caulibus indivisis, linea inter perpendiculum et transversam directionem intermedia, patulo erecta, lanceolato-acuminata, subcarinata, argute dentata, magis pellucida quam in* B. fontana, *dorso scabra, pallide viridia: nervo ad apicem non attingente: cellulis parallelogrammis, lineis intercellularibus latioribus quam in fontana (propterea quod cellulae crassiores sunt, et in tergo prominent, unde scabrities).* Flores *dioeci et monoeci,* masculi *terminales et facti laterales per elongationem in caule indiviso.* masculi foliis *lato-lanceolatis acuminatis;* feminei *solitarii terminales,* foliis *caulinorum similibus, basi paullo latioribus. Pistilla octo ad duodecim.* Paraphyses *filiformes.* Pedunculus *uncialis, ramis triplo longior.* Capsula *globosa, inaequalis, aetate striata.* Peristomii interni dentes *lanceolati; cilia gemina.* Operculum *convexum, mucronulatum.* Calyptra *lutescens.*

Icon Hedwigii sistit capsulam iuniorem, laevem, vetustior strias exhibet.

8. **BARTRAMIA** Turneriana.

B. caule villoso apice fasciculato, foliis lanceolato-subulatis ruptinervibus strictis, capsula longi-pedunculata globosa subinaequali.

B. Turneriana. *Hedw. suppl. musc.* 3. 1. *t.* 238.

Turnerische Bartramia.

Habitat in regno Nipalensi *ad terram arenosam. P. I. Hooker.* ♃.

Caulis *sesquiuncialis*, *erectus*, *semel aut bis divisus*, masculus *apice simplex*, femineus *ramis paucis fasciculatis.* Folia *erectiuscula*, *recta*, *e lanceolato-subulata*, *denticulata*, *carinata*, *nitidula*, *scabra*, *luteo-viridia: nervo infra apicem folii evanescente: cellulis linearibus.* Flos masculus *terminalis statim elongato caule lateralis et sessilis redditur.* Folia calycina *nervo debili.* Antherae *triginta vel plures.* Paraphyses *copiosiores*, *filiformes.* Feminei floris folia *caulinis similia, fructiferi etiam interna minima.* Pedunculus *sesquiuncialis*, *erectus.* Capsula *globosa*, *paullum inaequalis*, *sulcata*, *badia.* Peristomium *et* operculum *desunt.* Calyptra *subulata*, *lutescens.*

Colore foliorum et nitore et directione stricta, a vicinis; situ floris masculi effoeti lateralis sessilis ab omnibus secedens.

9. **BARTRAMIA** *pendula.*

B. caule tomentoso subfasciculato, foliis erecto-patentibus subfalcatis lanceolato-acuminatis serrulatis basi 4 striatis, capsula pendula tereti-oblonga.

B. pendula. *Hook. musc. exot. t.* 21. *Hedw. suppl. musc.* 3. 1. *t.* 239. *Brid. bryol.* 2. 27. *sub* Philonotide.

Mnium pendulum. *I. Smith act. Linn. Lond.* 7. *p.* 262.

Hängende Bartramia.

Habitat in sinu Dusky Bay Novae Seelandiae. *A. Menzies.* ♃.

Caulis *triuncialis*, *tomento denso fusco tectus*, *semel aut bis divisus: ramuli unus vel alter ad latera*, *plures in fasciculum terminalem congesti*, *unciales*, *erecto-recurvi.* Folia *lanceolata*, *vel ovato-lanceolata*, *in acumen producta*, *serrulata*, *basi striis utrinque binis ornata: nervo apice paullum emergente*, *ferrugineo: cellulis elongatis*, *anguli baseos subquadratis.* Flores masculi *desunt;* feminei *communi forma.* Pedunculus *inter ramulorum fasciculum natus*, *uncias duas*, *interdum cum dimidia altus*, *apice inflexus.* Capsula *iunior forte horizontalis*, *adulta pendula*, *tereti-oblonga*, *aequalis*, *sulcata.* Peristomii interni dentes *lanceolato-lineares*, *valde carinati*, *lutescentes*, *cellularum parietibus prominulis*, *pellucidi: cilia bina minutissima.* Operculum convexum, *mucronulatum*, *rufum.*

10. BARTRAMIA *arcuata.*

B. caule longo pinnato, foliis patentibus ovato acuminatis quadristriatis serrulatis, pedunculo incurvo brevi.

B. arcuata. *Hedw. suppl.* 1. 2. 61. *t.* 62. *excl.* tomentosa. *Swartz in Schrad. diar. bot.* 1800. 132. *Smith flor. Brit.* 3. 1333. *Engl. Bot.* 1237. *Hook. Tayl. muscolog. Brit.* 88. *t.* 23.

Hypnum chrysocomum. *Dicks. fasc.* 2. 12.

Mnium arcuatum. *Dicks. fasc.* 3. 7. *t.* 7. *f.* 3.

Mnium chrysocomum. *Hedw. spec. musc.* 74.

Hypnum palustre erectum, coma lutea, basi nigricante. *Dill. musc.* 302. *t.* 39. *f.* 36.

Gebogene Bartramia.

Habitat in paludosis et rupibus madidis montium Angliae, Scotiae, Walesiae, Iberiae, *inprimis prope* Lowdore *et* Keswick, *cum* Hypno cuspidota; *vere fructifera. D.* Turner. *P.* Taylor. ♃.

Caulis *triuncialis, inferius semel aut bis, in superiore parte saepe bis, ter, quaterve divisus, tomento fusco tectus, apicem versus ramulos subpinnatos et fasciculatos simplices, semunciales aut unciales, raro subramosos edens.* Folia *patentia, rigidula, ex ovata basi acuminata, utrinque profundis plicis binis instructa, serrulata, amoene viridia aut flavo-aurea: nervo ad apicem fere perdurante: cellulis elongatis, basilaribus marginalibus majoribus.* Flores *dioeci disciformes e Dicksono.* Pedunculus *inter fasciculum ramorum semuncialis, incurvus.* Capsula *globosa, subinaequalis, sulcata, lutea, demum badia.* Operculum *plano-convexum, umbonatum, rufum.* Peristomium internum *sordide luteum, crassum:* interni dentes *externis vix breviores, cruribus acuminatis divaricatis:* ciliorum *loco lamina acuminata, lacunis orbicularibus binis trinisve pertusa.* Calyptra *subulata, luteo-aurea.*

11. BARTRAMIA *tomentosa.*

B. caule longo ferrugineo tomentoso, foliis ovato-lanceolatis substriatis denticulatis, capsula cernua inaequali.

B. tomentosa. *Hook. musc. exot. t.* 19.

Mnium tomentosum. *Swartz prodr. flor. Ind. occ.* 139.

Bryum tomentosum. *Swartz flora Ind. occ.* 3. 1837.

Hypnum gnaphaleum. *Palis. Beauv. aetheog.* 64.

Philonotis tomentosa. *Brid. bryol.* 2. 27.

Filzige Bartramia.

Habitat ad latera silvarum in montibus altissimis Jamaicae, *in ins.* Martinicensi, Borbonia. *P.* Swartz. *G.* Sieber. ♃.

Caules *tres ad sex uncias longi, tomento ferrugineo dense tecti, media parte divisi, dichotomi, in superiore parte ramulis uncialibus pinnatis, apice fasciculatis.* Folia *ex ovata basi lanceolata, attenuata, denticulata, obiter striata, sub aqua lustrata laevia; nervo debili, apice impalpabili: cellulis marginalibus baseos vix maioribus.* Flores monoeci *discoides, foliis lato-ovatis;* antheris *et* paraphysibus *copiosis e Swartzio.* Pedunculus *uncialis vel sesquiuncialis, erectus.* Capsula *transversa, ovata, striata, inaequalis.* Peristomium internum *e Swartzii descriptione simile mihi videtur* arcuatae. Capsulas *vidi quidem in herbario Hookeri, sed dissecandi occasionem non nactus sum.*

12. BARTRAMIA *scoparia.*

B. caule longissimo fusco-tomentoso subpinnato: fructifero fasciculato, foliis ovato-lanceolatis acuminatis striatis, capsula ovata.

B. scoparia. *Hedw. suppl. musc.* 3. *t.* 241.

B. Sieberi. *Linn. syst. pl. ed. Sprengel.* 4. 2. 323. *excluso synonymo* pendulae.

Besenartige Bartramia.

Habitat in insula Martinicensi *G. Sieber.* ♃.

Caespites *caulium non fructiferorum latissimi, spithamam longi, minus densi;* caules florentes masculi *subsimplices;* steriles *basi aut ad apicem semel divisi, ramulis pinnatis semuncialibus passim vestiti; fructiferi ramis apice fasciculatis, bi-triunciales.* Folia *patula, ex ovato-lanceolata, in longissimum acumen exeuntia, basi utrinque leniter striata, denticulata, carinata, mollia: nervo perdurante: cellulis linearibus, in hoc ipso genere minutis.* Flores masculi *terminales, discoides, in* caulibus *praelongis haud secus quam inter breviores fructiferos obvenientes.* Folia *patentia, ex ovato-lanceolata.* Antherae *triginta et plures, etiam* paraphyses, *filiformes.* Pedunculus *bi-uncialis.* Capsula *ovata, subaequalis, sulcata, badio-fusca.* Peristomium *et* operculum *desunt.* Calyptra *lutescenti-alba.*

Differt tomentosa *tomento denso ferrugineo, capsula inaequali;* gigantea *rigiditate partium, foliis duplo pluribus et inde densioribus, et capsula oblonga.*

13. BARTRAMIA *gigantea.*

B. caule ascendente apice subramoso, foliis densis patentibus rigidulis lanceolato-acuminatis quinquestriatis denticulatis, capsula oblonga.

B. gigantea. *Hedw. suppl. musc.* 1. 2. 68. *t.* 63.; 2. 2. 80. *t.* 161.

Dicranum giganteum. *Brid. suppl. muscol.* 1. 97.

Riesenmässige Bartramia.

Habitat in terra Diemenii *R. Brown; in* insula Borbonis. *Pr. Cl. Richard.* ♃.

Caulis *uncias tres ad quatuor longus, firmus, ascendens aut erectus, tomento cinereo basi tectus, aut subnudus.* Folia *patentia, densa et copiosiora, quam in* Bartramiis *caeteris, lanceolato-acuminata, serrulata, utrinque striis vel plicis binis exarata, carinata, pallide viridia: nervo ad apicem pertingente: cellulis subquadratis.* Flores masculi *desunt*: feminei folia *adulti caulinis similia.* Paraphyses *filiformes.* Pedunculus *biuncialis, erectus.* Capsula *oblonga, aequalis, striata, turgida, ore minus angusto, fusco badia.* Peristomii interni dentes *externis paullo breviores, lutescentes:* ciliis *interiectis geminis.* Operculum *valde convexum, mucronatum, ferrugineum.*

14. BARTRAMIA *Menziesii.*

B. caule longo ramoso tereti, foliis lanceolato-subulatis subbistriatis: margine inflexis, capsula globosa laeviuscula.

B. Menziesii. *Turner in Konig et Sims annal. botan.* 525. *t.* 11. *f.* 1. *Hook. musc. exot. t.* 117.

Menziesens Bartramia.

Habitat in plaga occidentali Americae borealis. *A. Menzies.* ♃.

Caulis *tres ad quinque pollices longus, procumbens? flaccidus, tactu mollis, sericeus.* Folia *imbricata, erecta, e brevissima lanceolata basi longe subulata, basi stria utrinque brevi et margine inflexo, denticulata, serico-nitentia, flavo-viridia: nervo crasso, continuo, ferrugineo: cellulis subquadratis.* Flores masculi *desunt, sed videtur species ad priorem generis partem pertinere:* feminei *terminales;* folia calycina *caulinis similia, interna e triangulari brevissima basi longissime subulata.* Pistilla *triginta.* Paraphyses *filiformes.* Pedunculus *mox, elongato caule, lateralis, uncialis.* Capsula *erecta, globosa, aequalis, vix notabiliter striata.* Operculum *convexum, mucrone lato.*

b. floribus hermaphroditis vel polygamis, caule vage ramoso.

15. BARTRAMIA *Halleriana.*

B. caule longo vage ramoso, foliis linearibus acuminatis planis, capsula immersa laterali.

B. Halleriana. *Hedw. stirp.* 2. 171. *t.* 40. *Ej. spec. musc.* 164. *Sturm. flor. Germ. crypt.* 6. *Smith flor. Brit.* 3. 1339. *Engl. Bot.* 997. *Hook. Tayl. muscol. Brit.* 87. *t.* 23. *Funk pl. crypt. fasc.* 2. 48. *Blandow musc. exs.* 3. 120. *Moug. Nestl. pl. crypt. exs.* 1. *n.* 38.

Webera Halleriana. *Hedw. fund.* 2. 95. W. clandestina *l. c. t.* 6. *f.* 89.
Bryum laterale. *Ehrh. crypt. exsicc. n.* 33. *Linn. flor. Lapp. ed.* 2. 327.
B. pendulum. *flor. Dan. V.* 835. *f.* 1.
B. recurvum. *Wulf. in Iacq. Collect.* 2. 293.
Mnium laterale. *Hoffm. fl. Germ. crypt.* 54.
Hallersche Bartramia.
Habitat in rupestribus irriguis umbrosis montium Europae *et* borealis Asiae, *toto anno florens.* ♃.

Caespites *intricati, latissimi.* Caulis *uncias duas ad sex altus, ter quaterve innovando ramosus, tomento ferrugineo tectus.* Folia *patentia, vaga, linearia, longe acuminata, carinata, dentata, siccitate non tortilia: nervo paullum excurrente.* Flores *terminales, mox laterales, innovando,* 8 pistillis *intermediis,* antheris *hinc vel etiam illinc adstantibus.* Paraphyses *capillares.* Pedunculus *vix semuncialis, curvatus.* Capsula *globosa, inaequalis, striata, badia.* Peristomii interni dentes *ciliis binis brevibus, apice tantum liberis coniuncti, lutescentes.* Operculum *planiusculum, umbonatum.* Calyptra *subulata.*

16. BARTRAMIA *pomiformis.*

B. caule mediocri, ramis abbreviatis vagis, foliis lineari-acuminatis erectiusculis subtortilibus glauco-viridibus.
B. pomiformis. *Hedw. suppl. musc.* 1. 2. 45. *t.* 68. *Brid. muscol. II. p.* 3. 128. *t.* 2. *f.* 3. *(mala) Engl. Bot.* 998. *Hook. Tayl. muscolog.* 85. *t.* 23. *excl.* crispa *Turner monogr. in Konig. Annal. bot.* 1. *t.* 11. *f.* 2. *Funk pl. crypt. exsicc. fasc.* 20. 414. *Ej. herb. musc.* 58. *t.* 26.
Webera pomiformis. *Hedw. fund.* 2. 93.
B. vulgaris *LaMark fl. Gall.* 1. 509.
Bryum pomiforme, antheris erectis sphaericis. *Linn. sp. pl.* 2. 1580. *synonymis Vaillantii et Morisoni incertis.*
Bryum capillaceum, capsulis sphaericis. *Dill. musc.* 339. *t.* 44. *f.* 1.
Apfelförmige Bartramia.
Habitat in regionibus depressis, planis et submontosis, solo macro umbroso, in silvis ad latera viarum et ad margines elevatos agrorum orbis antiqui *et* novi. *Autumno florens, primo vere fructifera.* ♃.

Radix *basilaris.* Caulis *uncialis, aut semuncialis, erectus, ramosus, fastigiatus.* Folia *erecta, linearia acuminata, non striata, dentata, siccitate paullum tortilia: nervo ad apicem perdurante: cellulis subquadratis, in basi folii parallelogram-*

mis. Flores hermaphroditi *terminales*; folia calycina *tripla minora, quam caulina.* Antherae *et* pistilla *decem.* Paraphyses *capillares.* Pedunculus *uncialis, erectus, terminalis.* Capsula *erecta, globosa, subinaequalis, striata, rufo-badia, iunior flavo virens, pellucida.* Operculum *convexum, mammillatum.* Peristomii membrana basilaris *brevissima*, dentes *externi lineari-lanceolati*: internum *pallide virescens; dentes* *externis aequales, cruribus divaricatis;* cilium *solitarium dentibus triplo brevius.* Calyptra *subulata, straminea.*

17. BARTRAMIA *crispa.*

B. caule longo fastigiato subramoso, foliis lineari subulatis basi bistriatis tortilibus luteo-viridibus, capsulis exsertis.

B. crispa. *Swartz musc. Suec.* 73. *Hedw. suppl. musc.* 1. 2. 46. *t.* 59. *Turn. in Konig ann. bot.* 1. *t.* 11. *f.* 13. *Funk pl. crypt. fasc.* 6. 137. *Ej. herb. musc.* 36. *t.* 26. *Schleich. crypt. alp. Cent.* 3. 55.

B. Hercynica. *Floerk in Schrad. diar. bot.* 1799. 2. 171.

B. incurva. *Hoppe in Sturm flor. Germ. crypt.* 6.

B. heteromalla. *Brid. bryol.* 2. 42.

Krause Bartramia.

Habitat in saxosis et montosis umbrosis, subalpinis omnis Europae, borealis Asiae *et* Americae, *in* Nova Seelandia *A. Menzies; vere et aestate fructifera.* ♃.

Caulis *uncias duas ad quinque altus; rami vagi, erecti, fastigiati.* Folia *densa, patula, margine et ad costam serrata, siccitate valde contorta.* Flores terminales *innovato caule laterales;* antherae *et* pistilla *circiter sena.* Pedunculus *uncialis aut sesquiuncialis.* Capsula *globosa, vetustior globoso-oblonga, caeterum pomiformi similis.* Peristomii interni cilia *bina dentibus multo minora.*

Varietatem e Groenlandia *caule capsulam superante misit R. Breutel.*

18. BARTRAMIA *longifolia.*

B. caule elongato ramoso, foliis patentibus longissimis subulatis flexuosis ruptinervibus serrulatis, penduncnlo longiusculo.

B. longifolia. *Hook. musc. exot. t.* 68.

Langblättrige Bartramia.

Habitat in devexis udis frigidis montis Quindiu, *altitudine* 1400. *hexapodum in Mexico.* ♃.

Caulis *tripollicaris, erectus, flexuosus.* Folia *basi imbricata, dein patentia, longissime subulata, flexuosa: nervo lato, pone apicem evanescente.* Capsula *globosa.* Operculum *conicum, obtusum. Hook. Plantam non vidi.*

19. BARTRAMIA *ithyphylla.*

B. caule vago, foliis rigidis lineari-subulatis: nervo supra basin totum folium replente, capsula emersa.

B. ithyphylla. *Brid. muscol.* 2. *p. III.* 132. *t.* 1. *f.* 6. *Brid. bryol.* 2. 43. *Hedw. suppl. musc.* 1. 2. 51. *t.* 60. *Hook. Tayl. muscol. Brit.* 86. *t.* 23. *Funk herb. musc.* 36. *t.* 24.

B. pomiformis. *Swartz musc. Suec.* 75. *excl. synonymo Dillenii.*

Geradblättrige Bartramia.

Habitat in arenosis et rupestribus, in depressis non minus quam glacialibus subsolitaria aut caule humili semunciali, in montanis et alpinis umbrosis caule tripollicari et caespitoso; in Europa boreali *et media, in* Chili *D. Pöppig. Vere fructifera.* ♃.

Caulis *unciam dimidiam, duas, rarius quatuor altus, erectus, ramosus, fastigiatus.* Folia *e brevi oblonga basi, cellulis quadratis, valde pellucidis instructa, in acumen longissimum, nervo repletum, subtiliter dentatum, fere opacum elongata.* Flores *congenerum:* antheris *sex,* paraphysibus *vero copiosioribus.* Pedunculus *uncialis, terminalis, innovando quandoque lateralis. Caetera ut in* crispa.

Hookerus l. c. dubitat, an mea species sua ipsius sit; sed omnino eandem foliorum, quam eius, structuram habet in speciminibus minoribus haud secus, quam praelongis.

20. BARTRAMIA *Oederi.*

B. caule vago praelongo, foliis lanceolatis erecto-patulis tenuinervibus serratis laxis, capsula exserta: ore contracta.

B. Oederi. *Swartz. act. Holm. Schrad. diar. bot.* 4. 180. *Hedw. suppl.* 1. 2. *p.* 4. *t.* 59. *Schleich. crypt. Helv. Cent.* 2. 35. *Mougeot et Nestl. crypt. Vog.* 5. *n.* 236. *Funk herb. musc.* 36. *t.* 24.

B. longiseta. *Brid. muscol. suppl.* 2. 3. 136.

B. gracilis. *Flörke Schrad. diar. bot.* 2. 171. *Engl. Bot.* 1826. *Sturm. flor. Germ. crypt.* 6. *Hook. Tayl. musc. Brit.* 86. *t.* 23. *Funk crypt. exsicc.* 2. 49.

Bryum Oederi. *Retz fl. Scandin. n.* 1391. *Oed. flor. Dan.* 478.

B. subintegrifolia. *Pal. aeth.* 44. *secundum Brid.*

β. var. alpina, *uncia parum altior, magis stricta et compacta.*

Oederische Bartramia.

Habitat in rupibus praesertim calcareis montium et in alpibus omnis Europae, Asiae *et* Americae polaris, *D. Richardson, aestate.* ♃.

Caulis *uncias duas, tres pluresve longus, in alpina uncialis, vage ramosus, inferius capillaceo-tomentosus.* Folia *alterna, minus densa, basi erecta, media parte patula, apice recurva, siccitate vix tortilia, flavo-viridia: nervo ad apicem attingente, tenui.* Flores genitalibus *plerumque tribus aut quinque.* Pedunculus *uncialis.* Capsula *orificio angusto.* Peristomii interni *membrana profundius fissa, quam in caeteris.*

21. BARTRAMIA *grandiflora.*

B. caule mediocri, foliis lanceolatis erecto-patulis laxis rigidulis, capsula orificio amplo, paraphysibus numerosissimis.

B. grandiflora. *Hedw. suppl.* 1. 2. 48. *t.* 58.

Grossblütige Bartramia.

Habitat in Pensilvania *ad terram D. Mühlenberg, et in* Indiae Nipal *D. Greville.* ♃.

Caulis *uncialis, valde ramosus, fastigiatus.* Folia *minus densa ut caulis transluceat, e basi vaginante, semierecta, elongato-lanceolata, margine et costa crasse serrata, siccitate vix complicata.* Flores *terminales, demum laterales, turgidi.* Genitalia *sex, sed* paraphyses *plurimae.* Pedunculus *semuncialis.* Capsula *globosa, inaequalis, striata, orificio capsulae crassitiem mediam aequante.*

Folia *latiora, quam in ulla Bartramia, non torta et capsulae habitus distinguunt.*

22. BARTRAMIA *patens.*

B. caule mediocri subsimplici, foliis lineari-acuminatis patentibus rigidis, capsula reticulata, pedunculo mediocri.

B. patens. *Brid. muscol.* 2. 3. 134. *tab.* 1. *fig.* 7. *Hedw. suppl. musc.* 1. 2. 5. *t.* 62. *Kunth. synops. plant. aequ.* 55.

B. reticulata. *Palis. Beauv. aetheog.* 49.

B. gigantea. *Bory St. Vincent iter ins. African.* 3. 96.

B. squarrosa. *Turner in Konig et Sims annal. bot.* 1. 329. *t.* 2. *f.* 2.

B. patens. *Brid. bryol.* 2. 38.

β. pedunculo folia summa non aequante.

B. Vulcanica. *Brid. bryol.* 2. 37.

Abstehende Bartramia.

Habitat ad summas rupes humidas montium ignivomorum Ramonde *alt.* 800. *hexap.*, Piton des neiges *alt.* 1103. *hexapod.*, *P. Cl. Richard*, *in* Iava, *in* Americae *aequinoctialis montibus, in silvis Cinchonarum propinquis* Loxae. ♃.

Caespites *densi*, *basi tomentosi.* Caules *unciales vel sesquiunciales, simplices aut basi divisi.* Folia *densa, ex oblonga amplexicauli basi lineari-subulata; marginibus inflexa, subtiliter sed argute serrata, patentia, siccitate erectiuscula, stricta, scabra, lutescenti-viridia, demum rufo-badia: nervo concolori, ad apicem pertingente.* Flores *hermaphroditi, innovato caule laterales.* Pedunculus *unciam unam aut dimidiam, et tum non emergens e foliis, altus.* Capsula *globosa, minus evidenter sulcata, plerumque pellucida et reticulata.* Peristomium externum *generis*, internum *destructum erat.* Operculum *convexum, mammillatum.*

23. BARTRAMIA *stricta.*

B. caule mediocri dichotomo nodoso foliisque strictis lanceolatis cuspidatis rigidis, peristomio simplici.

B. stricta. *Brid. bryol.* 2. 45.

B. compacta. *Hornschuch hor. Berolinens.* 63. *t.* 13.

Steife Bartramia.

Habitat in Barbaria *Pr. Desfontaines;* ad Caput b. spei, *in arborum cortice*, *Pr. Nees ab Esenbeck.* ♃.

Bartramiae pomiformi *et* ithyphyllae *maxime similis, sed folia a basi statim erecta, nec in basi aliter cellulosa quam in reliquo folio.* Folii *nervus tenuis, ad apicem perductus, margo subtilissime dentatus.* Pedunculus *uncialis.* Capsula *globosa, sulcata, minor quam in* pomiformi. Peristomium externum *nullum;* internum *membrana sedecies fissa,* dentibus *lanceolatis, irregularibus, quibusdam apice mediave parte connatis.* Operculum *convexum, mammillatum.*

Bartramia compacta *folia paullo breviora habet, sed caeterum similis, atque capsulam itidem striatam exhibet.*

Specimina in Europa australi collecta, qualia copiosa se vidisse ait Bridelius, equidem nulla vidi. Eorum nervum, utpote certissimum signum, silet, licet Hookeri de nervo admonentis locum allegaverit.

III. GLYPHOCARPA.

Rob. Brown. act. soc. Linn. Lond. 12. 378.
Γλυφη, sculptura.

Peristomium *nullum.*

Flos masculus *terminalis, capituliformis.*

Capsula *subglobosa, striata.*

Caules *erecti aut basi decumbentes, vage ramosi, fastigiati.* Folia *densa, erecta, lanceolato-acuminata, denticulata.* Flores *terminales.* Pedunculi *caulium fere longitudine.* Capsulae *globosae, aequales, vetustate basi et apice impressae, striatae, e maxima parte vacuae, ob membranam internam magis contractam.* Operculum *planiusculum umbonatum.* Calyptra *subulata.*

Est Bartramia *peristomio orbata et flore sexu distincto, capituliformi.*

1. GLYPHOCARPA *quadrata.*

G. foliis calycis masculi ovatis acutis enervibus: caulinorum cellulis linearibus.

G. quadrata. *Hedw. suppl. musc.* 2. 1. 94. *t.* 128.

Bartramia quadrata. *Hook. musc. exot. t.* 132.

Gymnostomum quadratum. *Hook. musc. exot. append. p.* 2.

Viereckige Furchenfrucht.

Habitat in saxis humectatis ad scaturigines in altissimo monte Postberg *in regione* Anteniqualand Africae australis. *D. Burchell.* ♃.

Caespites *laxi, diffusi.* Caules *erecti, unciales et biunciales: steriles altiores, saepe deflexi, apice radicantes.* Folia *e lineari longe acuminata, apice serrulata, planiuscula: nervo valido, versus apicem attenuato, continuo.* Flores *terminales foliis caulinis quintuplo minores; pone florem deinde prolongatur saepe aut dividitur caulis.* Folia calycina *mascula quatuor vel sex, ovato-acuminata, brevia, enervia, badia.* Antherae *viginti aut plures, ovato-oblongae.* Paraphyses *subclavatae.* Floris feminei *terminalis* folia *caulinis similia.* Pedunculus *unciam longus, erectus.* Capsula *globosa, aequalis, vetustate valde rugosa et contracta, ut conica, vel quadrata videatur, badia, in orificio ad latera tecta membranulae eius, quae in Bartramiis dentes gestat, vestigio, sedecim quandoque filis radicatis conspicuo.* Operculum *planiusculum, umbonatum.*

2. GLYPHOCARPA *Capensis.*

G. foliis calycis masculi ovato-cuspidatis solidinervibus: caulinorum cellulis subquadratis.

G. Capensis. *Hedw. suppl. musc.* 2. 2. 96. *t.* 128.

Gymnostomum Capense. *Hook. musc. exot. t.* 165.

Bartramia sericea. *Hornschuch hor. Berolin.* 63. *t.* 13.

Capische Furchenfrucht.

Habitat in arborum cortice montis Diaboli *et* Tabularis Capitis bonae spei. *R. Brown. A. Menzies. P. Nees ab Esenbeck.* ♃.

Praecedenti valde similis sed minor et fructu maius rigido nec ita contractili diversa. Caulis *semuncialis, erectus, ramosus, fastigiatus, alii subsimplices radicantes.* Folia *erecta, rigida, lanceolato-acuminata, nervo emergente.* Pedunculus *semuncialis.* Capsula *ex oblongo globosa, paulum obliqua, lineis rufescentibus picta, siccitate sulcata, badia.* Operculum *convexum, mammillatum.*

IV. CONOSTOMUM.

Swartz in Schrad. nov. diar. bot. 1. *p.* 3. 134.

Peristomium *conicum, simplex:* dentibus *sedecim rigidis, apice connatis.*

Flos *terminalis:* masculus *capituliformis.*

Habitus Bartramiae. Caules *tenuiores, rigidiores.* Folia *erecta, compacta, rigida, perangusta.* Pedunculi *elongati, (sesquiunciales).* Capsulae *ovatae, inaequales, transversae, sulcatae.* Peristomia *convexa cum mucrone.* Opercula *conica.* Calyptrae *subulatae, latere fissae.*

Peristomii dentes *infra marginem capsulae inseruntur, sed* membrana basilaris, *quae est in* Bartramia, *non integra conspicitur; dentes enim plerique basi inter se non cohaerent, sed tamen membranacei, tenuiores et magis pellucidi sunt in basi, ut quoddam membranae vestigium deprehendas.*

1. CONOSTOMUM *australe.*

C. caule longo ramoso fastigiato, foliis quinquefariam imbricatis lanceolato-subulatis subdentatis.

C. australe. *Swartz l. c.* 134. *t.* 1. *f.* 3. *Hedwig suppl. musc.* 1. 81. — 2. 1. 108. *t.* 130. *exclusa* Bartramia Menziesii.

Bartramia pentasticha. *Brid. muscol. II.* 3. 134. *t.* 1. *f.* 3.

Südlicher Kegelmund.

Habitat ad fretum Magellanicum, *Bridel. de B.*, *in terra* australi Staatenland, *A. Menzies.* ♃.

Radix *tomentosa, in caulem ascendens.* Caulis *uncias quatuor ad sex altus, erectus, innovando ramosus; caespites exinde longi, compacti.* Folia *densa, erecta, rigida, e lanceolato-subulata, basi integerrima, versus apicem subtiliter denticulata: nervo valido, emergente: cellulis parallelogrammis.* Flores *monoeci:* masculi *basi semiglobosi:* folia *erecta, ovato-acuminata, nervo minus conspicuo.* Antherae *copiosae, ovato-teretes, lutescentes: his* paraphyses *copiosiores et longiores, filiformes vel subclavatae, articulis duodenis, lutescentes.* Feminei floris, *et ipsius terminalis,* folia *caulinis similia.* Pistilla *et* paraphyses *pauciores.* Vaginula *teres, pilosa, ferruginea.* Pedunculus *sesquiuncialis, erectus, siccitate parum tortus.* Capsula *globosa, ovata, inaequalis, sulcata, transversa, orificio amplo.* Peristomii dentes *rigidi, lineari-lanceolati, intus profunde sulcati, apice oblique connati, ferruginei.* Operculum *conicum.* Calyptra *laevis, straminea:* membrana *interna externam implens.*

2. CONOSTOMUM *boreale.*

C. caule breviusculo, foliis lanceolato-acuminatis denticulatis erectis.

C. boreale. *Swartz Schrad. nov. diar. bot.* 1. 3. 24. *t.* 5. *Hedw. suppl. musc.* 1. 1. 79. *t.* 21. *Hook. Tayl. musc. Brit.* 22. *t.* 10. *Wahlenberg fl. Lapp.* 327. *t.* 21. *Oed. flor. Dan. t.* 1424.

Grimmia conostoma. *Smith. fl. Brit.* 3. 1196. *Engl. Bot. t.* 1153.

Bryum tetragonum. *Dicks. fasc. crypt.* 2. 8. *t.* 4. *f.* 9.

Nordischer Kegelmund.

Habitat in alpinis et subalpinis Scotiae, Ben Lomond, Ben Lawers, Scandinaviae, Tellemarken, Lapponiae, Helvetiae Gotthard, (*alt.* 7—8000. *ped. Hook.*), Germaniae australis, Hungariae; *vere fructiferum.* ♃.

Caulis *plerumque semuncialis, in Scandinavia fere sesquiuncialis, strictus, siccitate angulosus, madore teres, innovando divisus.* Folia *erecta, terminalia siccitate conniventia, e basi lata lanceolato-acuminata, carinata, margine denticulata: nervo ad apicem perdurante: cellulis basilaribus quadratis, superioribus parallelogrammis.* Flores *monoeci:* masculi *foliis apice patentibus, qua re ad disciformes accedunt, solidi-*

nervibus: antherae *copiosae*, *oblongo-teretes*, *luteae*; paraphyses *longiores*. Folia floris feminei *caulinis similia*. Vaginula *teres*, *laevis*, *badio-fusca*. Pedunculus *sesquiuncialis*. Capsula *ovata*, *inaequalis*, *sulcata*, *transversa et caet. ut in antecedente*.

Valde simile praecedenti, *illius vero* caules *praelongi*, *flexi*; folia *lanceolato-subulata*, *nervo emergente*.

ERRATA.

Pag. 29. linea 36. deleatur.
— — — 41. adde: sed exclusis synonymis a Hoffmanni, a Bridelio citatis.
— 31. — 38—39. deleantur synonyma Bridelii.
— — lin. ultima fig. 30. leg. 80.
— 32. — 42. add. *Bärlappähnliches Sternmoos*.
— 33. post lin. 39. inseratur:

Mnium erythrocaulon, caule subramoso, foliis spathulato-oblongis oblique cuspidatis solidinervibus dentatis.

M. erythrocaulon. *Hedw. suppl.* 1. 2. 127. t. 80.

Habitat in insula Franciae *P. Cl. Richard*. ♃.

Rothstengliches Sternmoos.

Caulis *sesquiuncialis*, *subsimplex*, *gracilis*. Folia *amplexicaulia*, *erectiuscula*, *oblonga*, *rigidula*. Fructus *desunt uti* flores.

— 44. ad finem adde synonymis: Funaria minor *Delil. fl. Aeg.* 31. *n.* 957. *secundum Bridelium*.
— 46. linea 12. deleatur.
— 49. — 11. deleantur verba. Pohlia gracilis *et seq.* - *dioeco*.
— 50. — 13. ante W. addatur: *exclusa* fasciculata.
— 67. — 37. deleatur tota.
— 70. — 33. adde Meesia angustifolia *Brid. bryol.* 2. 62.

INDEX.

Synonyma cursivis literis exprimuntur.

Nomina asterisco notata sunt synonyma, in solo indice citata.